

61. Vir bonus nihil cuiquam quod in se transferat, detrahet. III. offic.

62. Hominem hominis incommodum suum augere commodum, magis est contra naturam quam mors. in eod. Lib. ubi id preclaris conficit argumentis.

63. Homo nature obediens homini nocere non potest. in eod. Lib. Saepe cuique utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, servendum est. in eod. Lib.

64. Hoc ipsum utile putare quod turpe sit, calamitosum est. in III. offic.

65. Eadem quae utilitatis, honestatis est regula. in eod.

66. Dolus malus est, cum aliud est simulatum, aliud actum. ex definitione Aquilii in eod. III. de offic.

67. Vir bonus est is qui prodest quibus potest, nocet nemini. in eod. Lib. sed post aliquanto addit: Nisi laesitius iniuria.

68. Nihil quod crudele, urile: est enim hominum naturae quam sequi debemus, maxime inimica crudelitas. in eod. Lib. III. de offic.

69. Qui non propulsat iniuriam a suis, iniure facit. in eod. Lib.

70. Vir bonus ne cogitare quidem quidquam audebit quod non audeat praedicare. in eod. III. offic.

71. Cato ad fidem bonam statuit pertinere notum esse emptori vitium quod nosset venditor. in III. offic.

72. Ratio postulat ne quid infidioso, ne quid simulate, ne quid fallaciter. in III. offic.

73. Quoniam iuris natura fons est; hoc intelligitur secundum naturam esse, neminem id agere, ut ex alterius praedicti iustitia: nec ulla perniciis vitae maior inveniri potest quam in malitia simulatio intelligentiae. in III. offic.

74. Nihil quicquam debet, nisi quod est turpe, non reddere. in eo paradoxa, quod latentes liberi, & iusti servi.

75. Id quod imperatur, necessarium; illud quod permittitur, voluntarium est. in II. de iur. civ.

76. Leges in consilio Scriptoris, & utilitate communi consistunt. in eod. Lib.

77. Indignum est aequitatem litteris legis urgeri, quae voluntate eius qui scripsit, defenditur. in eod. Lib.

78. Velle quod non deceat, id ipsum miserum est: nec tam miserum est non adipisci quod velis, quam adipisci velle quod non oporteat. ex Lib. de Philosophia, sive Horatio, apud Augustinum Lib. XIII. de Trinit. cap. 111.

79. Quae perdifficilia sunt perinde habenda saepe sunt ac effici non possunt. in partitionib. orat. ubi de genere deliberandi.

80. Quod permagni intererit, pro necessitate saepe habetur.

81. Infelices qui omnia sibi licere existimant. ex inserto ad Varrorem.

CAPUT V.

De dispensatione a lege.

Doctrina de dispensatione per omnes humanas leges divagatur. Ex dispensationum frequentia, & nimia facilitate universae disciplina tum ecclesiastica, tum monastica extremas patitur ciades. Quamobrem diligenti examine exponenda est controversia: quod ut praesentem, caput istud in sequentes tribus paragraphos.

§ I.

Dispensationis notio, eiusdemque partitio.

Dispensationis notionem perhibet sanctus Thomas 1.2. quest. xviii. art. 4. inquires: *Dispensatio proprie importat commensurationem alicuius communis ad singula, seu, est veluti aptare communis legis observantiam subditorum viribus, pro quarum diversitate temperanda est, & relaxanda. Quare communis dispensationis finitio est: Iuris relaxatio ab habente legitimam potestatem ex iusta causa facta.* Differt ab interpretatione, & epikia: quia interpretatio non est actus iurisdictionis, sicut neque epikia; sed est doctrinalis legis declaratio, quae fieri a quolibet sapiente potest. Dispensatio actus iurisdictionis est, solum superiorum competens. Aliquando tamen dispensatio pro ipsa interpretatione a S. Thoma accipitur *loc. cit. ad 3.* ubi insinuat, dispensationem locum non habere in praecipis iuris naturae. Subdit tamen: *In aliis vero praecipis quae sunt quasi conclusiones praecipitorum communium, quandoque per hominem dispensatur, puta quod mutuum non reddatur praedictori patri, vel aliquid huiusmodi.* Dispensatio haec mera est interpretatio, quae declaratur a quolibet ratione recta praedito in hac circumstantia legem naturalem non obligare. Dispensatio autem praesente accepta actus est iurisdictionis, quo a legis onere subditus eximitur. Verum tamen est in quolibet dispensatione interpretationem legis praecedere. Tenetur enim, ut infra dicitur, dispensatorem expendere legis rigorem, & iudicium, &

& boni communis utilitatem: quibus interpretatur, & expendit ad actum iurisdictionis exercendum accedit, subditum a legis onere subducendo. Differt ab irritatione: quia legem irritare est eam abolere, impediendo ne obligationis vim obtineat: item ab abrogatione, & derogatione, quae omnes comprehendit; dispensatio contra tantum determinatas personas eximit, manente lege quantum ad alios. A commutatione distinguitur, quia haec obligationem omnino non tollit, sed in alteram mutat.

II. Dividi dispensatio solet primo in partialem, & integram, seu totam. Tota est, quando aufertur legis obligatioem & quantum ad culpam, & quantum ad poenam; partialis est quae partem tollit obligationis. Iterum tribuitur in tacitam, & expressam. Tacita signis, expressa verbis exhibetur. Quando tamen signa sunt manifesta, & evidenter, expressa est dispensatio. Nulla sunt determinata verba quibus impertienda dispensatio sit; sed quibuslibet uti dispensator valet.

III. Quaest. I. *Ut subditus liber sit a lege, sat ne est ut praesumat superiorem fore dispensatorem?* Resp. Certum est, dispensationem, cum sit quaedam iuris vulneratio, odiosam esse, atque adeo restringendam, limitandamque, neque extendi posse ultra verborum rigorem. Certum quoque est, praeter dispensationem expressam, dari dispensationem tacitam, seu virtualem, & interpretativam, ut vocant. Quae dispensatio tacita tum est, quando ex signis, & coniecturis praesumitur voluntas superioris, quod hic & nunc velit dispensare.

IV. Ad propositum igitur quaesitum respondetur, satis minime esse ad dispensationem, et praesumere Praetulum dispensatorem fore, si sciret indigentiam tuam; sed necessariam esse praesumptionem voluntatis praesentis, quae superior antecederet ad actum, seu ulum, dispensationem veli reipsa tibi impertire. Ratio evidens est: voluntas futura nequit effectum exemptionis praesentis a lege parere. Porro dispensatio a lege debet praecedere actum quem tu, ut solutus a lege, exercere debes. Vis contrahere eum consanguineum. Hunc actum praecedat dispensatio necesse est. Non ergo sufficit te praesumere Patrem dispensatorem, si sciret necessitatem quae premeris; sed requiritur ut dispensationem impertiat, quae solutus a legis obligatione contractum parare queas. Quemadmodum ad te obligandum non sufficit lex futura, sed lex praesens; ita ad te solvendum a legis vinculo non sufficit futura solutio, sed ne-

cessaria est praesens. Haec doctrina communis est.

cessaria est praesens. Haec doctrina communis est.

V. Obicitur. Sufficit licentia futura praesumpta. Ergo & dispensatio futura. Antecedens patet. Ut subditus, puta Religiosus, expendat, aut recipiat pecuniam, cuius ulus voto paupertatis vetatur, sat est ut praesumat pruderenter Praetulum concessurum fore licentiam, si sciret convenientiam talis actus. Ergo similiter sat est ut praesumat concessurum fore dispensationem, si peteretur ab eodem. Resp. Negatur consequentia. Differunt enim haec duo, licentia, & dispensatio. Illa non ledit legem; sed est veluti legis impletio. Nam si lex prohibet ne quis loquatur, ne comedat, ne expendat pecunias, ne egrediatur a conventu absque licentia, non agit contra, sed secundum legem, obtemperat licentia; & Praetulus licentiam impertiens non ledit legem, sed legi conformatur; dum tamen iuxta praescriptum legis illam impertit licentiam, Dispensatio autem praesente accepta vulneratio legis est: ideo restringenda, non dilatanda, ut licentia, quae favorabilis est. Rati habitio ergo de futuro nullo modo sufficit ad dispensationem; licet sufficere interdum possit ad honestandam licentiam.

VI. Quaest. II. *Unde colligi possit, velle reipsa Praetulum dispensare?* Resp. Signum certum unde colligi id potest, est, quando superior praecipit actum qui exerceri absque dispensatione nequit: ut si Episcopus, sciens te esse irregularem, super quae irregularitate dispensare velit, te ad ordines sacros promoveat; si Papa, sciens Sempronium Sacerdotem esse irregularem, promoveat ad Beneficium. Quoniam non praesumitur Principem pugnantly velle praecipere. Doctrina communis penes omnes.

VII. Quaest. III. *Sola taciturnitas Praetuli esse sufficientes signum colligendi eundem velle dispensare?* Respondeo. Adfirmant communiter Probabilistae, quos refert, & sequitur P. Viva *quest. viii. art. 5. num. 5.* Salmanticenses *tract. xi. cap. v. punct. 2. num. 1.* Quoniam, inquit, qui tacet, dum contradicere commode valet, & tamen ex officio, & non contradicere, consentire praesumitur, iuxta iuris regulam *43. in 6.* Nec praesumendum delictum in superiore est, quasi velit subditi minam.

VIII. Doctus eximius P. Suarez *Lib. VI. de legibus cap. xiii.* relata praefata opinione, subdit, Canonistas communiter contrarium propagare sententiam. Distinguitque triplicem rati habitum: de futuro, quam iam exclusimus; de praeterito, quae similiter

improbatur; & de presenti, de qua sola disputatio est. Et hanc opinionem Canonistam in foro exteriori prevalere potissimum ait *num. 21.* ob graviores Scriptorum auctoritates; imò *num. 22.* addit, neque in foro conscientie solam taciturnitatem sufficere ad positivam dispensationem, nisi aliae conditiones occurrant.

IX. Haec mihi verisimilior sententia est. Et primum, cum, teste *P. Suarez*, communiter propugnatur a Canonistis, & istis, quorum auctoritas in hac potissimum materia magni faciendae est, praesertim hoc solo capite debet alteri quae a quibusdam Probabilistis defenditur. Porro, si in foro praesertim exteriori prevaleret haec opinio, ut inquit *P. Suarez*; quid ni & in foro conscientiae? Ut alibi ex sapiente *P. Hircalde* animadverti, communiter illius distinctionis fori interni, & externi absoluti committitur. Nam, quando iisdem principiis iudicia utriusque fori formantur, & diriguntur, eadem sint utriusque iudicia oportet. Porro quanam principia sunt quibus Canonistae, & isti improbant dispensationem, solo consensu tacito superioris nisi in foro exteriori? Non sane alia, nisi quae Theologi ipsi adhibent, aut adhibere debent pro foro conscientiae. Ergo idem utriusque fori, ad hoc quod attinet, iudicium. Antecedens patet. Nam principia quibus praesertim Auctores nuntiant, sunt haec. Iura ipsa oppositum constituent. Nam in cap. *Cum iam dudum* de prebenda, haec habentur: *Cum multa per patientiam tolerantur, quae, si deducta fuerint iudicium, exigente iustitia non debent tolerari.* Ex quo Glossa colligit, patientiam Praelati non esse sufficiens signum consensus necessarii ad dispensationem. Huc quoque pertinent quae habentur cap. *Super eo* de cognat. spirit. *Id in Ecclesia tua dissimulare poteris, ita quod nec contradicere, nec tuam vicarius praesertim se consensum.* Neque laetav laudata iuris regula, *Qui tacet, consentire videtur*, contrariae opinioni. Quoniam licet id verum sit in pluribus casibus, numquam tamen locum habet haec regula, quando necessarium est exercitium iurisdictionis, & in materia odiosa, ut est illa de dispensatione a lege. Nam patientia, seu taciturnitas nihil operatur; solumque inferunt, Praelatum non repugnare divinitate potestatis consensu necessarii ad dispensationem valet. Quare merito Canonistae loco principii hoc habent: *illa quae tantum in patendo consistunt, non esse sufficiens signum dispensationis, quae actum positivum requirit.*

X. Rationum quoque momenta mihi gravia videntur. Nam taciturnitas Praelati natura sua quid aliud prodit, nisi perfidiose? Hic est unicus taciturnitatis effectus: vel ad summum est iudicium dubium, & valde incertum positivi consensus. Sed ex dubio, & valde incerto consensu colligi nullo modo potest certus dispensationis effectus. Quod illa taciturnitas Praelati praesentis, & videtis, & potentis impedire sit incertissimum, nedum incertum iudicium, evincere videntur. Ex diversis, oppositissime oriri principiis haec taciturnitas potest. Ergo ex ea certus dispensationis concedendae colligi consensus nequit. Consequenter certa est; & antecedens evincitur. Haec probetis taciturnitas potest. 1. Ex Praelati negligentia. 2. Ex nimia convenientia. 3. Ex pusillanimitate. 4. Ex ignorantia. 5. Ex malitia. 6. Ex studio scandali vitandi, maiorique mali declinandi. 7. Ex praevisione repugnantiae subditi ad malum propositi. Quis infensus iuric, ex his, aliisque principiis oriri hanc Praelati taciturnitatem posse? Ineptè ergo colligunt Probabilistae ex hac taciturnitate consensum concessae dispensationis. S. Bernardus, & Trithemius docent, relaxationem in ecclesiastica, tum in monastica disciplina ex Praelatorum aut negligentia, aut convenientia, aut pusillanimitate, aut malitia manare. Omne malum a capite. Omnes Patres testantur, cuiusque discipline rursus praecipue a Praelatorum culpa proficisci. Postulunt quandoque etiam sine culpa vitandi maioris mali causa abusus tolerare ad tempus. Ad cavendum ne sint canes muti, qui latrare negligunt, ut ossa, & carnem comedant: cavendum ne sint muti, ut perleverare in Praelatura, ut ad maiora confendere, ut suis consulere & commodis, & rationibus valeant: cavendum ne sint muti, ut appareant prudentes, benigni, misericordes; cavendum ne mundanae prudentiae praedignis fascinatim extendant legem, sicut pellem, & corruptelae grassari sinant. Aliqui obmutescunt ex quadam placidi, & torpidi temperamenti sui natura indole. Quae cum ita sint, quis est sola Praelati taciturnitate colligere dispensationis concessionem poterit? Nisi ergo aliae conditiones manifestae, & evidentes concurrant, numquam ego ex sola taciturnitate inferri legitime posse concludo positivum superioris consensum in dispensationem. Haec sunt principia, vi quorum cum isti, tum Canonistae in foro exteriori improbant omnes dispensationes sola taciturnitate mixtas: & haec sunt principia quae in foro conscientiae,

nisi

nisi me mea fallat opinio, easdem dispensationes damnare potiorè vi debent.

XI. Nullius apud me ponderis sunt adversae sententiae rationes, quae omnes huc recidunt: nempe, praesumendum esse Praelatum, cum videt, & non impedit, cum facile potest, vellet dispensare, ne ipse peccet non impediendo peccata. Ex his quae diximus, vanam, arbitrariam, & committentiam esse hanc praesumptionem constat. Quoniam ex septem & amplius capitibus oriri haec taciturnitas potest. Auctoritates quae ex iure civili, & canonico allegantur, disparatae omnino sunt, nihilque concludunt.

§. I. I.

De iis qui dispensare in lege divina, & humana, & respectu quorum valeant.

I. DE dispensatione iuris naturalis fule disputavi supra *dissert. 11. cap. xiv.* Quare, ne actum agam, illuc te remitto. Circa dispensationem ab us quae divino iure praescripta sunt, primum indicabo ea de quibus nulla est apud Theologos disputatio. In lege divina evangelica, de qua sola nunc sermo est, vis alia praepcepta positiva occurrunt, praeter sacramentorum institutionem, eorumque administrationem, usum, & sacrificii obligationem: Cetera ad ius naturae pertinent. Porro certum est legislatorem divinum posse in suis praepceptis pro voluntate sua & valide, & licite dispensare. Nullus autem omnium absoletus in iis quae iuris divini sunt, dispensare potest, nisi id Deus specialiter concesserit. Quoniam nullus inferior in superioris legem potestatem habet. Convenit penes omnes, hanc potestatem Deum nulli Principum, Regum, Imperatorum, aut laicorum potestatum; immo nec ullis Ecclesiae Praelatis, Pontificae summo inferioribus, concessisse. Disputatur dumtaxat super facto divinae concessionis factae Pontificibus.

II. Quæst. I. *Concessit ne Deus Romanis Pontificibus privilegium dispensandi in iis quae sunt divini iuris?* Resp. Prima sententia affirmat, quae factis nonnullis potius, quam rationibus, regitur. Dicunt, Pontifices dispensasse in matrimonio rato, non consummato cuius indissolubilitas est a iure naturali: item in votis solemnibus, in residencia Episcoporum, & eiusmodi, quae iuris divini sunt. Ergo in aliis, non in omnibus, praepceptis quae iuris divini sunt, dispensare Pontifices licite, & valide possunt. Hanc sententiam defendit *P. Thomas Sanchez Lib. III. de matrim. disp. v.*

num. 6. Bonacina *dist. 1. quæst. 1. punct. 2. num. 13.* aliique.

III. Contraria sententia vera est, & communiter ab antiquis, & a recentioribus Auctoribus propugnatur. Eam conceptis verbis docet S. Thomas 2. 2. *quæ. lxxxviii. art. 11.* ubi legere poteris Franciscum Sylvium, qui falo calamo hanc controversiam vestit. Facti mihi nunc otii non est, ut disutere pro dignitate hæc quaestionem valeam. Quare eam paucis expedio. Certum est penes omnes, Pontificem hanc dispensandi in iis quae iuris divini sunt, potestate carere. In hoc difficultas vertitur tota, concesserit ne eidem Deus hanc potestatem? Porro nullus adduci textus potest, ex quo id clare colligatur. Quoniam esseri textus solet, *Quodcumque ligaveris super terram &c.* nihil peculiare pro hac dispensandi facultate continet. Alioquin, si quid evinceret, probaret, Pontifices posse in omnibus iuris divini mandatis dispensare: quod & adversarii concedere reculant. Nihil ergo ex textu laudato colligitur pro dispensandi in praepceptis iuris divini potestate. Porro, in praesertim facto, ut omnes fatentur, odiosa, legitime vulneratur; atquanda, & non amplificanda est; etiam respectu illarum legum quae dispensationibus sunt subiectae. Quid ergo dicendum de legibus divinis quae nullo modo subiunt dispensationi humanae? Profecto, ut facultas, & iurisdictionis dispensandi ab his legibus seu mandatis evincatur, adduci textus debet adeo perspicuus, & luculentus, ut nullam admittat exceptionem, nullisque fallida interpretatione lobaceat. Hic textus haecentus inventus non est. Ergo vera sententia nostra. Accedit quod, ut dixi, si quaeque dispensatio est odiosa, haec odiosissima apparet, quod divina humanis subiacet. Præsertim expedit Ecclesiae, & in eisdem cedit maiestatem firmitas, & immutabilitas haec divinarum praepceptorum. Quid vero bono communi Ecclesiae conducit, quod in aliquo particulari eventu hic uxoratus possit dimittere uxorem a se non cognitam? Nihil sane. Contra vero summoque confert dignitati Ecclesiae, quod nullo in casu eiusmodi divina vincula infringantur. Facta plura congeruntur concessarum dispensationum, quae illatim enucleate in praesens non vacat. Nam partim falla sunt, partim non pertinent ad ius divinum. Et, si quae vera sunt, sententia, quae probabiliformer reparatur, Pontifices adhaerent. In pluribus quae adducuntur, Pontifices summi non dispensationum, sed interpretum officio defuncti sunt. Illis enim ut cultus divini officii depositi, & ut su-

premis magistris, & capitibus universæ Ecclesie commissa est facultas interpretandi, & declarandi in controversiis, & ambiguis casibus iuris tum naturalis, tum divini, quid oneris nec imponant hæc divina iura, ad universale Ecclesie bonum respectu semper habito.

IV. Quæst. II. *Quibus competat dispensatio a legibus humanis?* Respond. Potestas dispensandi duplex. Altera ordinaria, quæ dignitati, aut officio annexa est: altera delegata, quæ a superiore, illam iure habente, imperitur. Docent omnes, quemlibet superiorem qui legem aliquam fert, posse ad eandem eximere subditos aliquos. Sic Pontifices valent dispensare in omnibus legibus ecclesiasticis universæ Ecclesie. Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi dispensare valent in legibus aut a se, aut in Synodis suis latis. Vicarius generalis Episcopi nequit dispensare in legibus Episcopi, absque expressa licentia. Episcopus, Archiepiscopus Metropolitanus valet dispensare in legibus latis in Concilio provinciali, in propria diocesi, secus extra illam. Quoniam in Concilio provinciali omnes Episcopi iudicant sunt, sed inferior Concilio est. Igitur quilibet Episcopus potest a legibus in præfato Concilio constitutis dispensare; nemo vero quidquam iurisdictionis habet in præfatis legibus extra propriam diocesim. Si tamen Concilium, quod singulis superioribus est, sibi facultatem dispensandi reservasset, nemo, nec Episcopus, nec Archiepiscopus, postea ab eisdem legibus reservatis dispensare: quia singuli inferiores Concilio sunt. In legibus quæ contractum annexum habent, in quo commodum, aut damnum tertii includitur, superior dispensare nequit.

V. Quæst. III. *Inferior in legibus superioris dispensare ne valet?* Respond. Certum primo est, quando legislator supremus sibi facultatem dispensandi reservavit, nullum inferiorem dispensare a tali lege valere. Certum si mittit est inferiorem ex concessione superioris posse in eisdem superioris legibus dispensare. Disputant Theologi, quandenam, & in quibus legibus Pontifices concesserit Episcopis dispensandi potestatem. Communiter docent, in sequentibus casibus Pontificem facultatem dispensandi Episcopis concessisse.

VI. Primo in his legibus in quibus hæc verba continentur, *Statuimus, precipimus &c. donec in eo dispensetur*: ut habetur in cap. Postulati de Cleric. excomm. ubi dicitur clericum excommunicatum, non posse retinere beneficia, nisi cum eo fuerit misericorditer dis-

pensatum. In Concilio Tridentino maioris claritatis gratia *sess. xxv. cap. vi.* expressè Episcopis conceditur quod valeant in occultis casibus, irregularitatis, aliique dispensare. III. In materia quoque levioris momenti. III. In his quæ communiter contingunt, ut in ieiuniis, horis canonicis, festis, aliique similibus dispensare Episcopi queunt. Est enim onus importabile, si in his quæ in dies occurrunt, necessarius ad supremum legislatorem recursus esset. IV. Leges pontificie, latae pro una provincia, vel diocesi, substituant Archiepiscopo provinciali, aut Episcopo; quia, cum late sint pro bono publico talis determinati loci, consentaneum est ut loci Episcopus, aut Archiepiscopus valeat harum legum usum temperare, & pro tempore, personarumque diversitate ad eisdem dispensare. V. In legibus pontificis universalibus, ut in impedimentis matrimonii, in iuris, in irregularitatis, dispensare Episcopi valent, quando difficilis est ad Pontificem recursus, & sit periculum in mora. Quoniam & iurium aequitas, & bonum publicum id exigunt. VI. Ratione consuetudinis inferiores possunt dispensare in legibus superiorum. Sic Parochi dispensare cum suis parochianis valent in ieiuniis, festorumque observatione: quoniam consuetudine, & quidem rationabiliter, id inrestrum est.

VII. Quibus constitutis, disputant Theologi, num inferiores queant in cunctis legibus superioris, quarum dispensatio expresse reservata eidem superiori non sit, dispensare? Adfirmat prima opinio. Nam ab excommunicatione lata in corpore iuris, & non reservata, quilibet inferior abolvere potest; ut constat ex cap. Naper de sent. excomm. quia, ut in hoc textu dicitur, hoc ipso quod superior illum non reservaverit, præsumitur facultatem dedisse inferioribus abolvendi.

VIII. Communis, & vera sententia negat, inferiorem posse in lege superioris dispensare hoc ipso quod dispensatio reservata superiori non sit, nisi ex aliis capitibus id constet; quemadmodum in casibus enumeratis patet. Ratio evidens est. Inferior non habet potestatem in superiore, atque adeo nec in legibus ad eodem conditis. Ergo iurisdictionem super eisdem exercere legibus nequit abique eiusdem facultate. Fundamentum contrariæ sententiae illam destruit. Ideo quilibet inferior Sacerdos facultatem abolvendi habet ab excommunicatione non reservata, quia re ipsa Pontifex illum concessit ob bonum commune spirituale, cum necessaria sit eiusmodi absolutio ad sacramenta frequentanda. & alio-

alioquin casus frequenter contingere possit. At facultas dispensandi non est concessa a Pontifice. Ergo auctoritas allata non confirmat, sed destruit eandem opinionem.

IX. Si dubium occurat, valeat ne inferior in aliquo casu dispensare a lege superiore; quid agendum sit, dictum supra est. Excluda enim necessitate, aut servanda lex est, aut recurrendum ad superiorem; etiam si dubium sit positivum, & cum probabilitate coniectum, ut dicunt Probabiliter, quorum opinionem iam supra habefactavimus.

X. Quæst. IV. *Legislator supremus valet ne cum dispensatione commutationem coniungere?* Respondet. Adfirmans sententia vera est, immo sepe expedit ut dispensationi aliquid commutationis adiciatur. In dispensatione a ieiunio, si qui dispensatur, dives sit, elemosyna congrua adicienda est. Pro dispensatione a observantia audiendi Sacri, aut diei festi, preces imponendæ sunt. Concilium Tridentinum *sess. xxv. cap. xxviii. de reform. iure sancte præcipit ut omnis dispensatio gratis concedatur; ut excludat omnem simoniam umbram, vetat ne dispensator quidquam ex dispensationis concessionem emolumenta percipiat.*

XI. Illud litem animadvertendam, quod opus adfectum per modum eiusdem commutationis, seu compensationis, sit proportionatum & persona, & fini legis a qua dispensatur; ut diximus in dispensationibus ieiuniorum, festorumque, in quibus elemosyna, & preces congruunt legis hui. Cavendum ergo in dispensationibus vel ab ipsa simonia suspensione.

XII. Quæst. V. *An potestas delegata dispensandi sit ample interpretanda?* Respondet. Potestas delegata alia est annexa iuri, dignitati, vel officio, quæ ordinaria æquivalat. Alia est collata ab homine, quæ duplici conferri modo potest: nempe aut per modum pure commissionis, & in favorem aliorum determinatae causæ, quæ morte concedentis expirat, si causa seu iudicium durat, primum non sit: nam si fuerit inceptum, durat, donec abolatur causa fuerit. Alia est in favorem delegatæ, quæ si absolute concedatur, ab Episcopis Sacerdotibus audiendi confessiones. Qui habet potestatem ordinariam, potest eam delegare. At qui habet tantum potestatem delegatam, non potest eam subdelegare, excepto delegato Papæ, vel alterius supremi Principis, qui potest re ipsa acceptam facultatem subdelegare, quoties id ex-

preste eidem non prohibeatur. Quando vero delegatus inferioris habet expressam facultatem subdelegandi, eam quoque subdelegare valet iuxta facultatem sibi concessam. Porro super proposito quæstio disputant Theologi, qui distinguunt potestatem ab ipsa dispensatione. Primam ample interpretandam continent, quando potestas concessa est in favorem delegatorum respectu boni communis, seu ad abolvendas indiscriminatio omnes personas, ut est potestas concessa Regularibus ad abolvendum. Si vero sit facultas concessa respectu determinatæ personæ, tum strictè interpretandam asserunt. Verum, ut ego quidem arbitror, cum hæc potestas iurisdictionis sit, sive in primo, sive in secundo casu, nullo modo ampliandam existimo, sed rigido in sensu interpretandam.

XIII. Quæst. VI. *Respectu quorum dari legum dispensatio possit?* Resp. Respectu priorum subditorum tantum extenditur dispensandi facultas. Quare Episcopi possunt dispensare subditos propriæ diocesis, Generales Religionum universæ propriæ Religionis subditos, Provinciales subditos suæ provincie &c. Quare eisdem Prælati dispensare cum subditis suis valent, quemadmodum Episcopi etiam in legibus pontificis respectu illorum calum quos supra enumeravi, videlicet in ieiuniis, horis canonicis, festorum observatione &c. Respectu vero constitutionum Ordinis &c. Clara est. De secularibus inservientibus in Cœnobis disputant Casuisti, non Prælati Cœnobiorum valent cum ipsis dispensare? Adfirmat Bordonius, Antonius a Spiritu sancto, & Pasqualigus. Sed Auctores illi ex illis non sunt qui in re morali magno in pretio haberi debeant. Nam Prælati regulares iure ordinario cum præfatis dispensare certe non valent in ieiuniis, in abilitentis, festis, ceterisque legibus ecclesiasticis, neque vi privilegiorum, quæ tantum sacramentorum administrationem, & sepulturam in propriis Ecclesiis impertunt.

XIV. Quæst. VII. *Potest ne legislator secum, quemadmodum cum aliis, dispensare?* Resp. Adfirmat omnes, quemcumque qui facultatem potest dispensandi cum aliis, posse quoque secum dispensare indirecte, quantum concedere alteri facultatem potest ut secum dispense; vel quando cum communitate cuius ipse pars sit, dispense, effectu dispensationis frui valet. Difficultas est, utrum superiores immediate possint se dispensare a legis observantia eo modo quo subditos dispensant. Adfirmans sententia vera est. Siquidem, quamvis nemo in semetipsum exercere queat in-

riditionem coactivam, aut contentiosam, aut quæ petit iudicium in ferenda sententia; tamen nihil impedit quominus valeat superior exercere in seipsum iurisdictionem voluntariam, qualis est iurisdictionis dispensationis. Iurisdictionis contentiosa partium distinctionem exposcit. Iurisdictionis quæ sententia per modum iudicii pronuntiari debet, petit distinctionem rei, & iudicis. Quamobrem nec Pontifex vult semetipsum a peccatis abolvere, quia absolutio hæc per modum iudicii impertitur. Hæc eadem ratione nemo semetipsum a cæcitate abolvere valet. In dispensatione autem legum, votorum, iuramentorum nulla contentio est, nullum in alteram personam iudicium exercendum: idcirco quilibet superior qui alios, etiam seipsum dispensare valet. Hanc sententiam docet S. Thomas 2. 2. quæst. clixvii. art. 8. *In aliis tamen* (Episcopos regularis) *potest dispensatione uti, secundum quod requirit necessitas persone, vel officii, & conditio hominum cum quibus vivit, per modum quo etiam Prælati Religionum in talibus legum dispensant.* Sancto Thomæ communiter subicitur Theologi.

§. III.

Utrum licita sit dispensatio absque iusta causa data. Peccant interdum superiores, quia non dispensant. Peccant frequentius, quia dispensant. Laxæ Probabilistarum opiniones reiciuntur.

Dispensationem usum semper obtinuisse in Ecclesia certum est. Necessitas dispensationem ipsam naturam legis consequitur. Nam lex que communiter accidunt præstat; neque comprehendere, aut declarare casus omnes valet. Idcirco legum culdoses iustis eventuum varietatem, & diversa personarum qualitates temperare legum observationem debent, legesque modo relaxare, modo ad unguem observandas curare. Dispensatio communiter appellatur *legis solutio*: quod uno in sensu verum est. Eam ego non minus vere appello *legis remedium*. Eo quippe tendere ambe debent, lex, & dispensatio, nempe in hoc commune. Et quia aliquando non expedit communi bono legis observatio, idcirco ad eam dispensationis remedium, quo bono communi providetur.

II. Quare vix lex humana fuit sine dispensatione. Antiquissimum illius usum nobis perhibet Scriptura ipsa divina. S. Paulus Apostolus incelsiosum Corinthios severissime adhibuit poenitentiam. *In Cor. cap. v.* legitur tra-

didisse huiusmodi satana in interiorum carnis, ut spiritus satanus sit. In altera vero Epistola subdit cap. 11. *Cui autem aliquid domitii, & ego. Nam & ego quod domitii, si quid domitii, propter vos in persona Christi.* Sanctiores Ecclesie Patres Apostoli Pauli exemplum imitati sunt. *Detrahendum* (inquit Augustinus epist. 1.) *est aliquid severitati, ut maioribus malis sanandis caritas sincera subveniat.* Innumera asseri exempla ex Historia ecclesiastica possent, nisi prælitura, & necessaria in longo cursu brevitas impeditur, quæ dispensationum usum vel ipsi primis christianis religionis sæculis evincunt. Neminis ergo in mentem veniet, mihi nimium in hæc gravissima, & impeditissima questione rigorem suadere in votis ac animo esse; quin benignum, prudentem, suavem cupio superiorem, qui legum iugum delimit per tempus, personarumque diversitate mature sciat. Cum S. Bernardo Lib. II. cap. xv. de consid. ad Eug. dicere possum: *Non sum ita rudis, ut ignorem positos vos dispensatores, sed in adificationem, non in destructionem.*

III. Utrunque igitur extremum devitare superiores debent: quod adeo difficile est, ut Christus Dominus apud Lucam cap. xlii. exclamaverit: *Quis putat esse fidelis dispensator, quem constituit dominus super familiam suam?* Peccant superiores, si nimia severitate legis cortici inhaerentes, legique spiritum aut ignorantem, aut sequi resurgentem, dispensare, quoties bono communi expedit, omittunt. Periculum gravissimum imminet superioribus omnibus ab hostibus domesticis, nempe ab affectuum interiorum præiugis. Amor erga illum facilem & iustam, aversio contra istum difficilem & iniustam dispensationem depingit. Frequentius in laxitate quam in rigoris extremum incidunt ob rationes alibi fusius explicatas. Severitas avertit subditos, concitat odium, & invidiam subditorum. Homines autem amari, appeti, extolli cupiunt. Idcirco frequentissime illicitæ, & invalide dispensationes. Quibus delibatis, quod propositi explicandum est.

IV. Salmanticenses tract. vi. cap. v. punct. 6. num. 66. defendunt, superiorum non peccare mortaliter ex genere suo dispensantem per ingenio absque iusta causa in lege a se condita, præcisè scandalo, & damno tertii. Quoniam, inquit, legislator dominus est legum legum. Pro hac opinione, quæ etiam probabilior reputant, citant *Calypsoptum, Villalobosium, Dianam, Sanchezium, Laymanum*. P. Dominicus Viva quæst. viii. art. a. num. 3. communiorum appellat hæc opinionem,

nata, quia benigniorem. Peccare tantum venialiter Auctores isti præfatam superioriorem contendunt. Continenter ad manus habent *liberam suam*, quæ alii ex aliis ponderant matutina gradus; & passim ad leviam pro libito non pauci declinant. Præfatam opinionem, ut nemium laxam, relictissimam: quoniam viam apertissimam negligendis, contemendique legibus.

V. Porro, ut præfate opinionis laxitas clarius appareat, advertendum, sermonem esse de legibus quæ natura sua graviter obligant, & quod in gravi materia, *pro libito*, ut citati Auctores docent, dispensationes concedantur. Dicimus ergo, superiores, five inferiores, five inferiores, peccare mortaliter absolute, & ex genere suo, quoties a legibus, etiam a se conditis, & graviter obligantibus, absque causa dispensant. Ita docent Patres omnes, qui dispensationes iusta causa destitutas, vocant prævaricationes, & legum dispensationes. Dispensatores istos infideles, destrutores, perditores discipline compellant. Ad hoc ne acri sale eisdem perficerent, si culpas duntaxat veniales iniuste dispensando committerent? Nemo Patrum, nullum Consilium dixit unquam, venialiter solam superioriorem in gravi lege sine causa dispensantem peccare. Unde ergo hæc distinctio erunt Probabilitæ? Salmanticenses primo loco laudant P. Sanchez, & ex eo alios. En novæ doctrinæ fontem primum. Navarrus videtur aniam dedisse, qui falso pro tali opinione citat Caietanum, oppositum docentem.

VI. P. Suarez Lib. VI. cap. xviii. nostram propugnat sententiam, laudatque Caietanum, Armillam, Valentiam, Covarruviam, Sotum, alioque; & laudare potuisset antiquos graviores Auctores omnes. Ratio clara est. Omnis legislator ex iustitia legis fore observationem curare astringitur; quæ ex iustitia promovere commune bonum debet. Huc omnes illius curæ & studia pertinent; cum in hunc finem electus princeps sit, & superior. Ergo a lege dispensando absque causa peccat contra iustitiam. Porro peccatum contra iustitiam genere suo mortale est, aut communis Theologorum doctrina fert. Et quidem, ut P. Suarez advertit, triplicem iustitiam Principes violat sine causa dispensans: commutativam, quæ ex officio suo tenetur Principes eumdem dispensationem non impertiri: quælibet enim obligatio que officium consequitur, ad iustitiam commutativam pertinet: iustitiam legalem, quia agit contra commune bonum: iustitiam distributivam, quia acceptationem personarum committit. Hæc au-

tem personarum acceptio directe lædit iustitiam distribuentem, etque genere suo peccatum mortale, ut docet S. Thomas 2. 2. quæst. lxxii. art. 1. Nam illud est peccatum genere, & natura sua mortale, quod intra propriam speciem reipsum fieri mortale potest, ut patet in vitiis capitalibus, superbia, avaritia &c. At iuxta omnes Theologos acceptio personarum in re gravi est peccatum mortale. Ergo genere suo peccatum mortale est. Quis Catholicorum sensu communitatus, gravis culpe non damnabit *pro libito* abolvere quempiam ab integra Quadragesima omni subfata causa, Sacerdotem liberare ab horarum canonicarum penso solvendo? Quis itaque ad verba sententiæ laxitatem non perhorrescit? Nec est quod scandalum obtrudas. Nam id scilicet est quod asserimus, scandali nempe plenam esse opinionem hanc: nam natura sua scandalum parit, etiam si scandalum reipsum per accidens non sequatur. Fac secretissimum esse ab observatione integre Quadragesimæ, & a rectitudinis canonicis horis dispensationem. Nemo reipsum scandalum patitur. Propterea nec scandalum dispensatio hæc omnino arbitraria non parit? Si legislator legem pro communitate iustissimam condiderit, exciperetque quoddam pro arbitrio, nulla occurrente causa; an non peccaret, & quidem graviter, ob personarum acceptationem? Quid autem aliud est dispensatio, nisi a legis observatione exceptio? Accedit quod superior, five Prælati, five Episcopi, five Pontifex, hæc dispensandi facilitate suapte natura leges suas contemptio, & transgressionibus exponit. Neque excusare te Probabilitæ valent, respondendo, opinionem suam excipere circumstantiam scandalum. Quoniam opinio ipsa scandalum, ut dixi, natura sua parit, dum propugnat, peccare duntaxat venialiter superioriorem in materia gravi dispensantem pro libito absque causa. Et lectores ipsi qui lacrarum legum, canonumque vim callent, & immantia consuetarum, atque cessario consequuntur, præsentunt, scandalum perferunt.

VII. Heine colliges, Principem, & quælibet supremum legislatorem graviter interdum peccare, dum pro libito, & absque causa secum dispensat in lege a se imposta. Subfata autem subfictio esset, si pro libito auferre a se legislatores, atque excusare observationis iugum possent. Quis enim est, inquit P. Suarez loc. cit. num. 11. qui non solvare aliquam legem, non auferat prius eundem

dem obligationem gravem, si possit, etiam si in hac ablatione peccatum committatur veniale, ut mortalem culpam evitet?

VIII. Respona quæ *num. 67.* exhibent Salmanticenses ex aliis Probabilibus, pace illorum dixerim, inepta sunt, & non potaque effugia. Ad auctoritatem Concilii Tridentini *sess. xxv. cap. xviii.* cuius gravissima verba *leg. 3.* referam, ubi nullas esse eiusmodi sine causa dispensationes decernitur, respondent, Concilium loqui vel de dispensatoribus delegatis, vel de dispensatoribus ordinariis inferioribus, vel de dispensationibus quæ scandalum, aut dampnum inferunt. Quis non videt, hæc mera esse effugia? Ubi vel leve vestigium apparet, Concilium ibi loqui de dispensatoribus delegatis? Quin, ut infra videbimus, omnes prorsus dispensatores alloquitur. Non aridet hoc effugium? Subiund loquatur de dispensatoribus inferioribus. At unde hoc erunt? Non sane aliunde quam ex arbitrio proprio, ut assistat causis faciant. Responsum hoc vitiosum est, laboraque falsoppositum, quod superiores maiores non peccent dispensando in legibus suis; quam salutaritatem hætenus proficavimus. Inventum arbitrarium est, quod superiores minores nequeant, possint vero maiores abique causa dispensare, quin graviter peccent. Eadem quippe ratio, ad peccatum quod attingit, omnium est, ut mox dicemus. Neque hoc, respondent tertio docti viri, tibi responsum placet? Accipe ultimum. Concilium loquitur in casu scandali, & damni contra tertium. At Concilium absolute pronuntiat, *subreptitias*, idest nullas esse eiusmodi dispensationes quæ replica scandalum pariunt, & bono communi grave detrimentum inferunt. Ex his tribus responsis, quibus gravissima Concilii Tridentini doctrina eludi tentatur, iterum collige quam infirma sit, & laxa contraria opinio.

IX. Eiusdem generis sunt responsa quæ ad argumenta a ratione petita obruant. Negant peccata contra iustitiam legalem, aut distribuentem esse genere suo mortalia. Sed oppositum Theologi docent omnes S. Thoma. Nam in violatione iustitiæ distribuentis acceptio personarum semper occurrit, quæ natura sua peccatum grave est. Perperam cavillantur, id verum habere, quando fit iustitia alteri, Nam, si hoc accidat, siue scilicet, Theologi absolute docent, vitiosum graviter esse hanc personarum acceptiorem. Præterea inferre grave iniuriam communi bono, cui promovendo iustitia legalis insitit, non est genere suo gravis culpa? Legalem

autem iustitiam violat iniustus dispensator. Tandem iustitiæ commutantis transgressor est vel ipse supremus superior, qui ex officio promovere legum observantiam verbo, & exemplo astringitur. Huic rationi nec verbum respondent adversarii.

§. IV.

Utrum dispensatio sine iusta causa concessa, invalida, & nulla sit.

Quo maioris momenti est questio proposita, eo est difficilior, atque implicatior. Iniustam esse dispensationem sine causa iusta datam, hætenus palam feci. Discutiendum nunc, an invalida. Distingunt communiter Theologi dispensationem quam concedit superior, a legum quas ipse tulit observatione, & dispensationem quam impertit, ab his legibus quas supremus condidit. Patent omnes, dispensationem concessam ab inferiori in legibus superioris nullam esse. Nulla est, inquit, dispensatio Episcopi in legibus pontificis; nulla est concessa a Pontifice in legibus que iuris divini sunt. Disputatio ergo limitatur respectu legum quas dispensator ipse condidit, vel eius antecessor.

II. Validam esse communiter recentiores Theologi defendunt talem dispensationem, tamen iniustam. Eorum unica ratio hæc est, quam omnes ad unum afferunt. Tota vis qua lex potitur obligandi, pendet a sola voluntate legislatoris. Ergo sicut potest legem non condere, & eam abique causa abrogare; ita poterit valide, nulla existente causa, quocum illi placuerit, dispensare. Hæc est tota & unica ratio quam producant Suarez *Lib. VI. cap. xix.* Salmanticenses *tract. 11. cap. v. punct. 6. §. 1. num. 65.* & ceteri omnes.

III. Olim Iurisperiti eo quævis narratam rationem amplificaverunt, ut voluntatem pontificiam regularem esse dispensationum, & quarumcumque actionum docerunt. Et has Iurisperitorum imprudentes, inaptaque potestatis pontificiæ ultra iustos limites amplificatiões omnes collegit *Martinus Lutherus*, easque Catholicis exprobravit. Sed de more per summam calumniam: quoniam ante ipsam prudentiores, sapientioresque catholici Theologi vana hæc Ictorum commenta profligant. Quid quod celeberrimæ Congregatio *Novemvitalis*, sic nuncupata, quod quatuor Cardinalibus, & quinque Prælatibus constaret, ab ipso summo Pontifice Paulo III. instituta, exaggeratam plus iusto facultatem pontificiam in dispensationum concessione propulavit? His quip-

quippe verbis Cardinalis Contarenius, sapientia, morum probitate, verum gerendam dexteritate, tuenda religionis studio celeberrimus, quique præfatus Congregationi interfuit, præfuitque, allocutus Pontificem est. „ Et quoniam Sanctitas tua, Spiritu Dei erudita... „ probe noverat principum horum malorum „ inde fuisse, quod nonnulli Pontifices prædecessores tui, priurientes auribus (ut inquit „ Apollotus Paulus) coæcervarunt tibi magistros ad desideria sua, non ut ab eis dicerent quid facere deberent, sed ut eorum „ studio „ & caliditate inveniretur ratio qua licet id quod liberat: inde effectum est (præterquam quod principatum omnem sequitur „ adulatio, ut umbra, corpus, difficillimique „ semper fuit aditus veritatis ad aures Principum) quod confestim prodirent Doctores „ qui docerent, Pontificem esse dominum Beneficiorum omnium: ac ideo, cum dominum „ iure vendat id quod suum est, necessario „ sequi in Pontificem non posse cadere simoniam. Ita quod voluntas Pontificis, qualis „ cumque ea fuerit, sit REGULA qua eius „ operationes, & actiones dirigantur. Ex quo „ procul dubio efficitur ut quidquid liberat, id etiam licet. Ex hoc fonte, sancte Pater, tamquam Equo Troiano, irrupere in Ecclesiam Dei tot abusus, & tam gravissimi „ morbi, quibus nunc conspicimus eam ad „ desperationem fere salutis laboratæ, & manuste hætenus rerum famam ad infideles uti „ que (credit Sanctitas vestra scientibus) „ qui ob hanc præcipue causam christianam „ Religionem derident, ad ut per nos (in „ quibus) Christi nomen blasphemetur inter gentes.

IV. Clarior post pauca improbat dispensationum facultatem inquit. *Ilud vero ante omnia, Beatissime Pater, putamus statuendum esse... ut quantum fieri potest, LEGES serventur. Nec potestom licere dispensare in legibus, nisi urgent de causa, & necessaria. Nulla namque perniciosa consuetudo, in quavis Republica induci potest quam hæc legum inobservantia, quas sanctas maiores nostri esse voluerunt, earumque potestatem venerandam, & divinam appellarent.*

V. Plura alia habentur in istius *Novemvitalis* Congregationis scripto, quod, licet editum ab hæreticis in Germania, notique deturpatur, profcriptum fuerit a Paulo IV. regnante, qui præfate Congregationi interfuit, probavitque omnia in ea constituta; non inde tamen quidquam auctoritatis perdidit. Infra nonnulla alia relcribam.

VI. Concilium Tridentinum, post præfa-

tam Congregationem celebratum, *sess. xxv. cap. xviii.* hæc pro dispensationum usu statuit. *Sicut publice expedit legis vinculum quod quod relaxare, ut plenius eventibus casibus, & necessitatibus pro communi utilitate satisfiat, si frequentius legem solvere, exemplo potius quam certo noverat horum malorum „ inde fuisse, quod nonnulli Pontifices prædecessores tui, priurientes auribus (ut inquit „ Apollotus Paulus) coæcervarunt tibi magistros ad desideria sua, non ut ab eis dicerent quid facere deberent, sed ut eorum „ studio „ & caliditate inveniretur ratio qua licet id quod liberat: inde effectum est (præterquam quod principatum omnem sequitur „ adulatio, ut umbra, corpus, difficillimique „ semper fuit aditus veritatis ad aures Principum) quod confestim prodirent Doctores „ qui docerent, Pontificem esse dominum Beneficiorum omnium: ac ideo, cum dominum „ iure vendat id quod suum est, necessario „ sequi in Pontificem non posse cadere simoniam. Ita quod voluntas Pontificis, qualis „ cumque ea fuerit, sit REGULA qua eius „ operationes, & actiones dirigantur. Ex quo „ procul dubio efficitur ut quidquid liberat, id etiam licet. Ex hoc fonte, sancte Pater, tamquam Equo Troiano, irrupere in Ecclesiam Dei tot abusus, & tam gravissimi „ morbi, quibus nunc conspicimus eam ad „ desperationem fere salutis laboratæ, & manuste hætenus rerum famam ad infideles uti „ que (credit Sanctitas vestra scientibus) „ qui ob hanc præcipue causam christianam „ Religionem derident, ad ut per nos (in „ quibus) Christi nomen blasphemetur inter gentes.*

VII. Concilii decretum non divinum, aut naturale legem præstat, sed de sacris canonibus sermone non habet: de sacris canonibus inquam, quos summi Pontifices ipsi, aut Concilia condiderunt. Hos exacte servandos Concilium aliis inculcat. Quoniam frequens ab his dispensatio aditum univocum ad illos transgrediendos aperit. Tandem quæ pro iusta, validaque dispensatione servanda sunt, Concilium præscribit. Non esse dispensationes concedendas decernit, nisi *urgens istaque ratio, & maior quandoque utilitas* cum aliquibus interdum dispensandum esse postulerit. Et quoniam quique rationem iustam, urgentemque, & maiorem utilitatem facile sibi effingit, cum dispensatio commoda sibi est: idcirco subdit Concilium, summa maturitate hæc causam iustam, & utilitatem expendendam recognoscendamque esse, antequam dispensatio imperetur. Quod si fecus factum fuerit, *subreptitiam*, idest nullam, declarat esse dispensationem.

VIII. Nullam esse dispensationem abique iusta causa concessam, restantur communi consensione Patres omnes. S. Bernardus *Lib. II. de Concl. cap. iv.* *Ubi necessitas urget, excusabilis dispensatio est. Ubi utilitas provocat, dispensatio laudabilis est. Utilitas, dico, communis, non propria. Nam cum nihil verum est, non plane fidelis dispensatio, sed crudelis dispensatio est.*

IX. Ne quis autem putet hæc esse peculiarem S. Bernardi opinionem, audiat eundem S. Doctorem *Lib. de dispensat. & præcept. cap. 11.* *Nunquam videtur hoc dico, vel solus sentio, vel primus dico? An non hoc ipsummet & Papa Gelasius sentit? An siquidem: Ubi necessitas non est, inconvincibilis manent sanctionum Patrum decreta. Leo quoque Papa, Ubi inquit, necessitas non est, nullo modo sanctionum constituta videtur.*

X. *Miſis ceteris Patribus, & Conciliis, in medium adduco doctrinam S. Thomæ, qui licet conceptis verbis non exprimat, nullam eſſe diſpenſationem illicitam; ea tamen conſtituit principia unde evidenter id inferitur. Inquit enim l. 2. qu. xviii. art. 4. Ille qui habet regere multitudinem, habet poteſtatem diſpenſandi in lege humana, que ſus auctoritatis ſuntur; ut ſcilicet in perſonis, vel in caſibus in quibus lex deficit, licentiam tribuat ut præceptum legis non ſervetur. Si autem abſque hac ratione, pro ſole voluntate licentiam tribuat, non erit fidelis in diſpenſatione, aut erit imprudens. Infidelis quidem, ſi non habet intentionem ad bonum commune; imprudens autem, ſi rationem diſpenſandi ignorat. Propter quod Dominus dicit Luc. xii. Quis putas eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam?*

XI. Ut illius doctrine viſ plenius percipiatur, in mentem revocanda doctrina eſt que legem decernit a ſuprema ratione ferri propter bonum commune, que ſuprema ratio regula eſt voluntatis Principis condentis legem. Et quoties boni communis aut caſtodia, aut incrementum poſtulat legem, eam ſerre Principes aſſumunt. Late legi Principes qui illam condidit, ſubiectus eſt, ut communiter Theologi fatentur, quantum ad vim dirigentem, ſeu quantum ad debitum obſervantiam. Quæ doctrina ut certa conſtituta, ſequitur, legiſlatorem ſubiectum legi eſſe ut verum diſpenſatorem, & conſervatorem eiſdem. Ergo quemadmodum cuiſque diſpenſatoris infidelis, & iniuſta nolle ſunt, & invalide actiones; ſic nulle ſunt diſpenſationes illicitæ, & iniuſte. Quandoquidem licet ſupremus legiſlator non recognoscat poteſtatem ſuperiorem coactivam, ſubiectus tamen poteſtati ſuperiori dirigenti, nempe ſupremæ rationi. Porro reſpectu illius ſupremæ poteſtatis inferior eſt, merique diſpenſator; infidelis quidem, ſi cum boni communis detrimentum diſpenſet; imprudens autem, ſi rationem diſpenſandi ignoret.

XII. Concilia, & Patres diſpenſationes ſine legitima cauſa conſeſſas, ſubreptitias, nullas, prævaricationes, & legum diſpenſationes paſſim appellat. Videamus nunc quid argumenta a ratione petita includent. Et primum diſpenſatio ſine cauſa data, eſt iniuſta, ut omnes fatentur. Ergo nulla. Conſequentia videtur evidens, non minus ac neceſſaria. Nam lex iniuſta eſt nulla, omnibus ſententibus. Ergo diſpenſatio iniuſta a lege nulla erit. Iſdem quoque principis boni communis, & utilitatis ſubditorum dirigunt diſpenſatio quibus lex reſertur. Ergo, ad hoc quod attinet, eadem u-

triuſque ratio. Accedit quod, licet legiſlator poſſit, aut non poſſit legem condere, & conditam etiam abrogare; qua abrogata, etiam iniuſte, viſobligandi caſus; tamen, quando lex conſtitit, tandiu legiſlator ſubiectus legi eidem eſt, & ut ſubditis parere adſtringitur. Ergo quemadmodum omnis inferioris Preſbiter in lege ſuperioris diſpenſatio, ſine cauſa data, nulla eſt, & invalida; ita quoque diſpenſationem iniuſtam legis, conſeſſam a ſupremo legiſtatore, invalidam, & nullam dicere cogimur. Si iuxta Evangelium, Concilia, Patres, & Theologi ipſos iuniores, legiſtatores etiam ſupremi ſunt legum diſpenſatores, & adminiſtratores; ergo non domini abſoluti: ergo pro arbitrio diſpenſandi facultatem non habent. Ergo, dum pro libito-riſia diſpenſant, nulle ſunt eorum diſpenſationes. Tandem ſubditus in diſpenſationibus iniuſte uſi peccat, ſi iuſtitiam cognoſcat. Ergo invalida diſpenſatio. Nam ſi valida diſpenſatio legis eſt, obligatio legis ceſſaret. Legis obligatio non ceſſat, qua ſubditus diſpenſatus peccat. Ergo diſpenſatio a lege ſine cauſa facta, iniuſta, unaque valida eſt. Et ut evidenter hac ſat doctrina, Principis exemplo eam confirmare lubet. Communiter Theologi fatentur, Principes ſupremos ſubiectos eſſe legibus a ſemetiſſis latas. Atqui ridicularia & ſtultis hæc ſubiectio foret, ſi iuſtitia diſpenſatio valida eſſet, excuſaretque a culpa. Poſſent quippe Principes ſecum diſpenſare abſque ulla cauſa; qua diſpenſatione, licet iniuſta, poſita, ſi valida eſſet, legem legis vinculum, liberique ſola eorum voluntate Principis a legum obſervantia evaderent. Quod abſurdum adeo immane, & monſtrouſum eſt, ut nemo illud propugnare iure valeat. Porro ſi peccant Principes legem violantes, qua iuſdem non luſtragatur diſpenſatio iniuſta; eadem ratione peccant, & ſubditi. Si peccant; ergo legis vinculum ablatum non eſt: ergo diſpenſatio nulla. Quoniam ea diſpenſatio iniuſta, & nulla eſt qua a legis vinculo non ſolvit ſubditum. Et tum non ſolvit, quando reſiſta ſubditus in iniuſta diſpenſatione utens peccat, & quidem contra legem. Nam, ſoluto legis poſitivæ ligamine, non peccat contra ius naturale, quod, ut ſuppono, non vetat tantam actionem. Nec ius naturale urget ut pars conſortetur communitati; ſi a lege que præcipit ſubiectum ad totam communitatem, pars libera, media valida diſpenſatione, ſit.

XIII. Oppoſita ſententia communis eſt inter iuniores. P. Suarez *Lib. VI. cap. xix. n. 6.* fatetur, S. Thomam non favere huic opinioni.

Fun-

Fundamentum qui recentiorum opinio nititur, ſupra expoſiti. Illud mihi nullum faceſcit negotium. Nam condere, & abrogare Principes ſupremus legem ſuam valer. Peccabit utique, ſi legem iuſtam abroget; peccabit, utique dum illam non reſtituerit, ſi neceſſaria bono communi ſit. At abrogata, vel non condita, nulla eſt obligatio. Verum habet. Ergo, vigente lege, diſpenſare pro arbitrio ab illa valet? Conſequentia toto obrat oſſio ab antecedenti. Nam, uſquedum lex conſtitit, ſubditus eidem Principes eſt, cuiſque obſervantiam procurare tenetur tamquam fidelis cauſos, depoſitarius, & diſpenſator. Poteſt Principes legem non condere, poſſeſ quiſlibet a voluntaria promiſſione, & donatione abſtinere: at, lege poſita, Principes, utique dum lex conſtitit, eidem parere debet; facta promiſſione, donatione libera, & a parte acceptata, eiſdem ſtare promiſſor, vel donator debet.

XIV. Reſpondent Theologi iuniores, adverſe ſententie propugnatores, legem non eſſe indiviſibilem regulam, qua poſita, omnes obligentur, quali eximi aliqui ab eadem nequeant. Sicut condendo legem poteſt ſub libito aliquos eximere; ita, lege promulgata, poteſt pro libito aliquos diſpenſare. Quoniam legis vis tota pendet a voluntate legiſlatoris. Huc recidunt omnia illius opinionis argumenta, que ex iis que diſimus, contrita, nedum ſoluta remanent. Quis unquam individuam commentus legem eſt? Dividam illam fatemur; cum reſiſta dividatur, iuſta occurrente cauſa. Sed negamus dividi abſque ulla cauſa; valide poſſe ob rationes ſatis iam explicatas. Negamus, legiſtorem initio legis condende abſque cauſa eximere a lege quemquam poſſe.

XV. Non minus imbecilla videntur ad alia argumenta facta reſponſa. Ad Principis exemptionem negant paritatem: quia iniquum, obligatio Principis non eſt immediate a lege ab eodem lata, ſed a lege naturali; ſubditorum vero ligamen a lege poſitiva, ſeu a Principis voluntate dimanat. Eſugium arbitrarium eſt ad vim argumenti declinandam. Lege naturali univerſali tam ſubditi, quam Principes ſupremi, abſque cauſa legem humanam non ſervantes, contra eam legem humanam peccant, ſeu contra virtutem præſcriptam a lege: neque peccatum illud peccatum capit ab aliquo præcepto violato naturali iuris, ſed ab ipſa præſcriptione poſitive legis.

XVI. Ad Concilii Tridentini decretum nec verbum reponunt. Tria reſponſa que ex Probabilis referunt ſalmanticensis, ſupra, ut evidenter vana, reſcitimus. De Patrum auctoritate alium apud eos ſilentium.

XVII. Conferas nunc velim utriuſque opinionis momenta, & eam eligas ſententiam que firmioribus nititur fundamentis. Mihi pro ſententia aſſerente diſpenſationes iniuſtas eſſe invalidas, ſunt Concilia, Patres, & luculentiora argumenta videntur. Auctoritas iuniorum tanti mihi non eſt ac antiquorum. Nec tamen ex iniunioribus deſunt qui huic ſententie adherent. Nam P. Gabriel Valquez l. 2. *diſp. cxxxviii. cap. iv.* in hæc propendit ſententiam. Expertus enim eſt homo acutus argumentorum vim, & auctoritatum pondus. Plures quoque ſedi eam aperte propugnant; quos inter Reſubius in *præſbiterio de diſpenſat. ad plur. benef. n. 85.* & celebris Covarruvius in *IV. II. Part. cap. vi. §. 9. n. 15.* ubi hæc habet: *Diſpenſatione a Romano Pontifice conſeſſa contra ius, ſine cauſa, eſt ſi contra poſitivum, animam tutam non eſt: talis ſi contra diſpenſatio diſpenſatio poſitivæ dicenda eſt.* Excipit tamen diſpenſationes que auferunt impedimenta irritantia, & inhabilitates legales. Hæc diſpenſationes validas eſſe quantum ad effectum impedimenta tollendi, conſentit Covarruvius: ita ut actus facti vi talium diſpenſationum validi ſint. At non propterea ſubditi tui ſunt in conſcientia quantum ad legis obligationem, ſi vi talium diſpenſationum legem non ſervent.

XVIII. Diſputatio hæc, alioquin graviffima, ſi penitus diſcipulari, & praxi applicetur, faſcioſior fortalle evadet. Sermo nunc eſt de lege pure humana, ab ipſo legiſtatore condita: in qua nihil iuris vel naturalis, aut divini includatur, que pauciffime ſunt. Nam ſi quid præſcriptorum iurium occurrat, iam & ipſi adverſarii fatentur diſpenſationem iniuſtam eſſe, & invalidam. Reſtringitur ergo diſputatio ad aliquam legem peculiarem mere humanam, cuiusque iuris divini, aut naturalis expertem. Non multum diſputarem, an diſpenſatio ab aliqua peculiari leviori momenti lege ſine cauſa valida ſit, an invalida ſit. Ceterum in lege, tamen humana, univerſali, & conſuetudine communi a populo acceptata, & conſuetudine roborata, que licet abſolute abſoluta a Pontifice poſſit, tamen in praxi vi poteſt, qui dixerit, ſine cauſa validam diſpenſationem eſſe? Papa diſpenſat ab integra Quadrageſima aliquos Chriſtianos, ab horis canonicis aliquos Præbendatos, a reſtitutionibus eccleſiaſticis divites, omni iuſta cauſa ſubſtata; qui propugnaverit, diſpenſatos iſtos tutos in conſcientia eſſe? Quod ſi tui non ſunt, tamen diſpenſatio. Ipſe Franciscus Silvius, tamen benigna doctrine propugnator, ſententiam Gaetani, Covarruvie, & aliorum amplectitur l. 2. *qu. xviii. art. 4. concl. 5.* peccare nempe illos.

illos qui dispensatione sine iusta causa concessa utuntur. Quod autem peccant vel contra legem naturalem, non se conformando ad communitatem, vel contra legem positivam, parum refert pro praxi. Paucis rem concludo. Dispensationes in legibus levioris momenti, quibus bonum commune leviter laeditur, validae sunt ob materiam parvitatem. Verum dispensationes a legibus maioris momenti, & quae diu a saeculis vigent, in materia gravi, absque iusta causa concessa, iniuriae, invalidae, & nullae sunt ob rationum momenta, quae aleviari: quidquid in oppositum dispensatione innovari.

§. V.

Dispensationes a sacris canonibus in quibus aliquid iuris divini, aut naturalis includitur, ut dispensationes recipiendi plures praebendas, non residentis, similesque omnium Theologorum, etiam Iuristarum, consensu nulla sunt.

I. **Q**uestio proposita pressius praeferat; & ideo haec gravior, & decisionem utilior est ea quam §. praecedenti explicui. In hac quippe ad theologiam criticam revocatur usus dispensationum quae reipso obtinent. Et quoniam confunduntur eiusmodi dispensationes cum iis de quibus supra disputatum est; ideo gravia absurda consequuntur. Plures enim ob hanc confusionem existimant, omnes dispensationes pontificias in iis sine sacri canonibus prohibent, validas esse, eo quod leges humanae sint: minime distinguentes inter leges mere humanas levioris momenti, quibus nihil superioris iuris inest: & leges humanas pro universalis Ecclesiae, & in quibus aliquid iuris naturalis, aut divini viget. Porro ut huius deceptioni occurram, in hoc §. palam faciam, nullas omnino esse dispensationes sine causa datas ab iis legibus in quibus iura aut divina, aut naturalia includuntur, quemadmodum sunt iuxta gravissimos Theologos & Canonistas illae quae vetant pluralitatem praebendarum, & absentiam a residentia.

II. Praemitto doctrinam S. Thomae, cui fundamentum univerſae conclusionis. Inquit ille quodlib. ix. art. 15. *Sunt quaedam actiones quae absolute consideratae, deformitatem, vel inordinationem quandam important; quae tamen aliis quibus circumstantiis advenientibus, bonae efficiuntur. In summo harum actionum videtur esse habere plures praebendas, cum hoc quod est habere plures praebendas, plurimas in se inordinationes continet; ut potest quod non est possibile aliquem deſervire in pluribus Ecclesiis.*

quibus est praebendus; cum praebendae videantur esse ordinatae quasi quaedam stipendia Deo libidem ministrantium. Sequitur etiam in aliquibus defraudatio voluntatum testatorum, qui ad hoc aliqua bona Ecclesiae conferunt, ut certus numerus Deo servientium ibi esset. Sequitur etiam inaequalitas, dum unus pluribus beneficiis abundat, & alius nec unum habere potest: & multa alia huiusmodi, quae de facili patent. Unde non potest contineri inter indifferentes actiones, nullo minus inter eas quae sunt secundum se bonae, ut dare elemosynam, & huiusmodi. Quamvis vero has inordinationes pluralitas praebendarum contineat, tamen aliae circumstantiae possunt supervenire ita honestantes actionem, quod praedictae inordinationes totaliter evanescunt: ut puta, si sit necessitas in pluribus Ecclesiis eius obsequii, ut potest plus servire Ecclesiae, vel tantumdem absens, quod alius praesens, & quae alia sunt huiusmodi: & tunc, iuxta conditionibus supervenientibus cum recta intentione, non erit peccatum, etiam nulla dispensatione interveniente, si consideretur tantum secundum ius naturale: quia dispensatio ad ius naturale non pertinet, sed solum ad ius positivum.

III. Ex hac S. Thomae doctrina evidenter inferitur, nullas omnino esse dispensationes habentes plures praebendas, percipiendi pensiones, commorandi extra residentiam, iusta causa subfata: quoniam eiusmodi actiones absolute, & secundum se consideratae deformitatem produunt, & advenientibus circumstantiis, illam exuunt deformitatem. Porro si reipso circumstantia non interveniant, nulla humana dispensatio suffragatur. Nam recta intentio, vel potestas humana nequit tollere deformitatem quae cum lege naturali, aut divina pugnat; sed necesse est ut reipso circumstantia interfit, vi cuius actus iuxta legem naturalem, aut divinam rectus evadat. Siquidem leges ipse naturales, & divinae excipiunt casus particulares ab absolutis; seu ut dicit Angelicus, actio quae absolute repugnat legi naturali, adveniente circumstantia, eidem legi conformis est. Quam doctrinam superius iam habuimus (digressio opportuna est) Auctores manillaerunt, tot cavillationes vanissimas non agglomeraverunt; neque ignorassent verum sensum illarum particularum, per se, de se, secundum se, absolute. Haec per transcendam.

IV. Pluralitas itaque praebendarum, percipio pensionum, absentia a residentia, repugnant naturali, divinaeque legi. Ut itaque eidem conlona evadant, vera & realis circumstantia superveniat necessum est: & tum dispensatio pontificia ligamen sacrorum canonum, qui praefata prohibent, auferte potest.

Haec

Haec doctrina inconcussa est, cui contradicere nemo ulla valet. Prosper Fagnanus cap. *Quia de praebend.* num. 13. refert hanc S. Thomae doctrinam; & deinde haec adicit: *Cessantibus eiusmodi circumstantiis quae deformitatem, seu inordinationem tollunt, scilicet non est plures praebendas obtinere, etiam cum dispensatione: eo quod dispensatio non auferat ligamen iuris naturalis, sed solum ligamen iuris positivi.*

V. Sed quid S. Thomae, Patres, Fagnanus, & Concilia laudo? Probabiliter ipse docent quae hanc sententiam firmant. Concedunt ipsi omnes, interiore nihil potestatis habere in lege superioris. Atqui Pontifices summi, & ceteri mortales; inferiores sunt Deo, lege naturali, & divina. Ergo, cessante legitima causa, nihil potestatis habent in legibus iuris naturae, & divini. Audiamus ipsos Salmatianenses tract. xi. cap. 5. *quod 5. §. 2. n. 70.* *Modo ad hunc finem de inferioribus in dispensatione in lege superioris; ut quando Pontifex dispensat in votis, iuramentis, matrimonio, residentia Episcoporum, quae sunt de iure divino... Dicendum est ergo secundo, dispensationem datam ab inferioribus in legibus superioris sine iusta causa esse, seu nullam... quia inferior non recipit potestatem dispensandi in lege superioris ad beneplacitum eius; sed solum censetur eam concedere superior in ordine ad rationabilem & prudentem dispensationem.*

VI. Iusta ergo subfata causa, nihil suffragatur dispensationes percipiendi pensiones, retinendi plures praebendas, absentiae a residentia. Pii fideles ingentibus redditibus Ecclesiarum, & pauperibus, viduis, & orphanis providerent. Deo victimas honorum litantur, ut Quiritii & Itepos & pauperes alerent. Deo inquit ergo Dei honor, bonum Ecclesiae universalis postulat ut ex bonis unius Ecclesiae aliquid accipiat, ut aliarum Ecclesiarum ministri alantur, in id contentiore pii, & praedentes donatores presumuntur. Quoniam una est Christi Ecclesia, & vinculo caritatis omnes ministri unum sunt. Supremus ergo dispensator Romanus Pontifex potest dubio procul ex redditibus omnium Ecclesiarum ministris de Ecclesia optime meritis, iusta exigente causa, providere, quando nempe id bonum commune Ecclesiae postulat.

VII. Verum enimvero, si ex Ecclesiarum redditibus pensiones darentur Clericis concubatis, barbaris, qui nullis, non Deo inserviant, qui pro Christi Ecclesia nihil unquam operati sunt, non sacris litteris eam illustrant, non apostolica ministeria peregr-

ant, non morum sanctitate, non verbo, non exemplo Christi causam, & Ecclesiae incrementum promovent: si illis, inquam, pensiones darentur, quis affereret validas easdem esse? Quid, si hominum, & semellarum officii, & meritorum larvis confectis extorquerentur? Si Patres omnes, fures, latrones, usurpatores sacrilegos compellant vel ipsos Ecclesiarum legitimos Pastores, qui omnes curas, & studia excolende vineae impendant, si quidquam praeter congruum victum, & vestitum, sibi ad salum, additudo conflagrantes, ad vanas pompas de propriarum Ecclesiarum redditibus applicant; quid de illis dicendum qui nec Ecclesiae addidi, nec Ecclesiarum ministerio operam navant, nec in Ecclesiae utilitatem quidquam operantur? Hinc pauperum panem, Christi patrimonio devotare tua poterunt conscientia, quacumque interveniente pontificia dispensatione?

VIII. Neque obtundas Pontifices ergo infideles dispensatores? Tu ne iudex pontificiarum dispensationum? Papa dispensat. Quid ultra quaerendum? Alioquin univerſa turbaretur christiana Republica: conscientiae quaestionibus torqueretur. Delicatae conscientiae, quae pauperum sanguine saturae dispensationis medicamine ablegere tanta crimina sibi blandiuntur. Quid conscientiarum scrupulos opponunt illi, cum nil minus quam de iustitia pensionum cogitent, dummodo eadem assequantur? Invalidas & sobrepitas dispensationes extorquent in omni principatu, in pedere humana nequit indultura. Principes, Pontifices, est vigilantissimi, & sanctissimi, & ministrorum lenociniis decipiunt, & postulantur intercessionibus quandoque indulgentiae, vitandi maioris mali causa, prudentia iuber. Ex pluribus ergo oriri principis dispensationis iniustitia potest: & quocumque ex capite iniusta, & invalida dispensatio sit, nihil eadem utentibus suffragatur. Damna ergo adeo frequentissimum pensionum usum? Absit. Non usum, sed abusum & iniustitiam damno. Non dico, abusum serpere, aut corruptelam grassari. Quid? An insanum me reputas, ut in ea quae supremi legislatores, summique Pontifices peragant, censuras intorqueere velim? Tanta dementia profecto non laboro. Quid firmiter, validum, vel iniustum, aut nullum, desino. Quae vero sunt, penitus ignoro.

IX. Verum, ne quis sublegetur, quidquam a me per exaggerationem dictum, addit quod adversus eiusmodi dispensationes iniustas viri sancti pronuntiant. S. Bernardus episc. vii. ad Adam Monach. n. 9. *Mia caudela, & suspensa providentia! Malum, quod iam corde conse-*

T

perunt, opera tamen cauti fuisse non implere, nisi cum licentia. Concepimus dolorem, sed non perperam iniquitatem, donec inique conceptus PAPA praeberet assensum. Quo loco? Quare saltem compendio mali? Nunquid idcirco aut malum esse desistit, aut vel minoratum est, quia PAPA concessit? Quis vero malum esse neget, assensum praebere malo? Quod tamen summum scilicet Pontificem nequam crediderimus, nisi aut CIRCUMVENTUM MENDACIO, aut IMPORTUNITATE VICTUM.

X. Doctissimus Cardinalis Bellarminus, Romane Ecclesiae fidei promulgator, & vindex episcopi, ad Nipote, haec contra inultas dispensationes scribit. *Hic cavillus securus reddit multos, tutum vero neminem. Quoniam Papa non est dominus, sed dispensator: Ideoque qui iniquam dispensationem petit, iniquitatis causa est, & qui ea utitur, eadem semper irretitur iniquitate.*

XI. Ioannes Trithemius in suo libro *Penticho* cap. vii. prolixo sermone invehitur contra dispensationes falsis rationibus. Pauca transcribo. *Nec dispensatio facies licitum, quae falso narrationibus fuerit impetrata. Si ad ista supplicatione necessitas, in intentione supplicantis integritas, in usu dispensationis honestas, addatur deo, quod Papa cum Monacho postulat dispensare... Certus sum etenim quod summus Pontifex neminem sine evidenti utilitate communi, & necessitate manifesta ab aliqua approbata Religione intendit abolvere... Quando autem causa narrationis falsa est, dispensatio non liberat, sed damnat impietatem. Summus Pontifex, auditis narrationibus supplicantum, caute respondere consuevit. Si ita est, inquit, ut narratur, fiat quod petitur eo modo, & forma quae sequitur. Respondet caute, indulget secrete, & sub certis limitibus dispensat... Omnes causas & rationes quas in supplicatione narrastis, conscribete, & fallat ius. Quomodo dispensatio legitima erit? Quomodo excusabit vos summi Pontificis auctoritas, quam mendacio, fraude, dolo, & importunitate praesulis decernente non tenuistis?*

XII. Cardinalis Tolentus, doctrina, & probitate clarus, in Instruct. Sacrae Lib. V. cap. lxxxiii. *PAPA dispensatio sine causa non habet locum in foro interiori, & coram Deo, sed tantum in foro exteriori. Unde qui postulationem tenent, etiam cum dispensatione, si non adest causa legitima, securi non sunt. Nec excusantur, quia PAPA dedit, & ipsius debet considerare quomodo dederit: haec, inquam, non excusantur. Si enim quis pecunias accipiat ab aegrotis, quem scit male dispensare rem domini, & contra iustitiam, non potest tunc retinere. PAPA autem non est dominus bonorum, & redituum Ecclesiae,*

sed tantum universalis DISPENSATOR. Unde factis, cum dispensat hominem in voto, non facit hominem securum in conscientia, nisi causa adstet: ita in personam, & legiferorum distributione. Causa autem haec debet esse in utilitatem Ecclesiae cuius sunt bona. Si enim nulla via in Ecclesie huius, vel universalis utilitatem tendat, non est causa legitima.

XIII. Eodem sermone loquuntur Patres omnes, quibus adhaere habet luculentissimum testimonium, omni exceptione matus, & quod solum sufficere pro causa definitione debet. Illud autem est BENEDICTI XIV. Pontificis Maximi feliciter regnantis. Elapso quippe anno MDCCXCVIII. die xvi. Maii, me Romae praesente, dum in sacra Congregatione per Signaturam gratiae dicitur, causa gravissima ageretur coram SANCTISSIMO Imperdonatione officiorum vacabilium facta ab Innocentio X. Pontifice summo *Olimpia Mandachine* die 26. Decembris 1644. post Praetoratum ad vita vora, coram illo sacro Purpuratorum Patrum Collegio, atque numerosissima auditorum frequentia (publice causa disputata) doctissimus Pontifex elata voce haec lingua vernacula, quae sincere latine verto, pro tribunali sedens pronuntiavit. *Sciunt intelligentes omnes, PONTIFICES SUMMOS esse donatarios administratores, & dispensatores ecclesiarum reddituum. Argue adeo INNOCENTIIUS X. ad hanc praefatae Olimpiae officia cacabilla, de quibus causa agitur, nequam non potuit. Pii fideles sancto Petro, non Pontificum nepotibus bona sua abolvere. Quamobrem quidem semper recalcitramus. Et ex testimonio hoc, factumque, omnibus Pontificibus imitandum, verum est. Sententiam autem definitivam, typis Romanis editam, contra Actorem donatarium dixit Pontifex summus, emque obtulit ut tria fecutorum millia sacra Camera foret. Quae idcirco scripsi, & et sententiae haereticus propagatae maius adicerem lumen, & ut heretici intelligant aliquando, quae sit Romanae Sedis doctrina. Ad abusus quod attinet, nulla unquam hominum Curia, tametsi sanctissima, ab istidem immunitis profusa fuit.*

§. VI.

De causis quae ad licitam, validamque dispensationem requiruntur.

Nulla designari certa regula potest fuisse pro causis quarum licentia, & valida dispensatione requiruntur. Causarum quippe aequitas a pluribus circumstantiis loci, temporis, personae petentis, &

superioris dispensantis pendet. Pauca generatim delibabo. Et primum, quando certa est causa & evidens, quae ab observatione legis excuset, non est necessaria dispensatio, quia necessitas non habet legem. Quid, si causa dubia sit? Dubitatione paritente, necessaria est dispensationis petitio. Probabiliter hanc adferunt dubitationem, media probabilitate. Salmanticenses *loc. cit. n. 73.* docent, eum qui probabiliter indicat se habere sufficientem inmirmitatem, deflagitationem, aliamve causam, quae excuset eundem a recitandis horis canonicis, a ieiunio &c. non indigere dispensatione, sed ab eadem exemptum a lege esse. Haec habemus doctrinam supra recitamus. Quae enim iuxta Probabilitatem ad probabiliter iudicandum sit sit aignorantia iniorum auctoritas, quisque facillime probabiliter sibi format; atque adeo communiter homines media hac vi probabiliter a lege exempti essent. Immo tunc locus est dispensationi, quando probabiliter in utramque partem disputatur.

II. Generalis regula quam communiter tradunt Patres, Concilia, praecipue Tridentinum, & Theologi, est, quod sufficientia causa pro legitima dispensatione, accipienda, penfandaque fit ex respectu ad bonum commune. Huc semper spectare Praelatus, & quisque dispensator debet, non videlicet dispensationem conducit bono communi, aut eidem tantum non repugnet. Prae oculis semper habeantur S. Thome doctrinam 1. 2. quae. lxxvii. art. 4. ad 1. *Quando cum aliquo dispensatur, ut legem communitatem non servet, non debet fieri in praevicium boni communis, sed ea intentione, ut ad bonum commune proficiat.* Spectanda est pietas, qualitas personae petentis, temporum circumstantiae. Nam hoc tempore expedit dispensationis concessio, lecus alio. Ratio quaedam vitandi maioris mali, declinandae rerum turbationem, sufficiens esse causa valet pro dispensationis concessione.

III. Quae I. *Quid, si de causa sufficientia dubitetur?* Resp. Distinguitur Probabilitate dubitationem de substantia, seu de existentia causa, nam videlicet detur nec ne causa; & dubitationem de causa sufficientia. In primo casu, inquit Salmanticenses *loc. cit. n. 75.* & 76. dispensator superius poterit valide, sed non licite dispensare; inferior vero nec valide, nec licite. Distinguitur de dubio super substantiam, & sufficientiam causae fuitis est, & yana. Nam quando dubito, fit ne causa sufficientis, dubito, detur nec ne causa pro dispensatione. Dubitas, an habeas incommodum; aut certus de incommodo, dubitas, satis ne illud sit pro dispensatione. Dubitatio haec, ad

proximam quod attinet, eadem est. Immo dubitatio prior salubritas non vacat. Nam est, aut non est incommodum: solvunque dubitari potest de evidenti insufficientia pro dispensatione. Quae dubitatio superioris iudicio subicienda sincere est; & tunc petens dispensationem tutus in conscientia erit, dispensatione obtenta.

IV. Quae II. *Valida ne est dispensatio, quando repleta datur causa sufficientis pro eadem, si dispensator illam ignoret, & nihilominus dispensationem impertitur?* Resp. Certum peccat omnes est peccare dispensationem, dum indicat non adesse causam, & nihilominus dispensationem concedit. Certum etiam est non requiri in superiore cognitionem iudicalem causae, sed int. esse privatum, quae prudenter, & mature concedere dispensationem valeat; quamvis in iudicium revocari talis dispensatio queat. Disputatur ex parte, valida ne sit dispensatio, quando, vera est causae causa, eaque a dispensatore ignorata, is nihilominus mala fide dispensationem impertitur. Mihi probabilius est quod valida fit, eaque uti tuta conscientia dispensatus possit. Quandoquidem cognitio quam requiritur Concilia pro licita dispensatione, eo pertinet, ut exploretur, an repleta causa reperitur. Porro si causa legitima revera exiit; quod superior tam ignoret, haec ignorantia non aufert a superiore potestatem dispensandi, sed tantum declarat, pravam esse eundem voluntatem, qua dispensationem impertit. Cur ergo valida non erit dispensatio haec? Peccabit utique dispensator, causa ignorata, dispensationem concedens. At quando repleta vera & legitima causa occurrit, & potestas ad id dispensandi, ignorantia dispensatoris nocere petenti dispensationem non potest. Accedit: quando postulantes dispensationem, manifestam habent causam cur possint, & debeant dispensari, si certi esse de dispensatorum cognitione debeant, hoc nimium durum, & per molestem esset; & scrupulis aequae perplexitatis omnes dispensati torquerentur.

V. Quae III. *Tenetur ne dispensator, causa legitima occurrente, dispensationem impertiri illam petenti?* Resp. Triplex distinguitur dispensatio, prohibita, debita, & permissa. Prohibita est quae pugnat cum bono communi; nullatenus occurrit causa cur concedatur. Debita, quae, necessitate urgente, concedenda est. Permissa, quae, congrua extante causa, negari, aut impertiri poterit. Igitur superior necare dispensationem valet etiam tum cum sufficientis dispensandi causa adest. Quoniam dispensatio, indulgentia, misericordia, gratia communitur appellatur. Immo omnes

fatenur, sobrie, & raro dispensationes, etiam causa sufficiente occurrente, impertientias esse. Dispensatio quippe qualibet legis vulneratio est. Quare ab infringendo legi hoc vulnere abstinendum est; nisi congruentia sit valde urgens. Poterit quoque cum uno, secus cum altero dispensare; non tamen pro libito, ut volunt Salmanticenses *loc. cit. n. 80.* quia nihil pro libito agere dispensator debet in tam gravi materia; sed quia aut diversia posulantur conditio, aut aliter congruentiae pro uno quam pro alio prævalent. Debita, & necessaria tum dispensatio erit, quoties urgens aut vitandi mali gravis, puta sceleris, aut boni communis promovendi causa postularit. Si quique impedire proximi malum, cum possit, astringitur, quanto magis Praclarus, qui vi officii sui prospicere subditorum bono, eoque a malis defendere tenetur?

VI. *Quest. IV. Utrum inpositio mulctæ pecuniariæ sufficiens causa sit dispensationis concedendæ?* Resp. Adfirmantem opinionem defendunt PP. Salmanticenses *tract. xi. cap. xv. punct. 4. §. 2. n. 49.* ubi hæc habent. *Quando causa iusta dispensandi non adest, potest imponi illa mulctæ pecuniaria: & ex illa restat sufficiens causa dispensationis.* Hæretici qui hæc legunt, aniam oblatrandi arripunt, & infamandæ leges nostras, veluti *arrarias*, quasi idæo condantur, ut eorum dispensatione pecuniæ concquirantur. Quare, ut illorum ora obstruamus, dicimus & Conciliorum, & Theologorum voce, nunquam mulctam pecuniariam sufficientem dispensandi causam præbere. Sed, posita congrua dispensandi causa, opus interdum elemosynæ imponi merito potest. Et reipla elemosynæ omnes que pro impedimentorum matrimonii dispensatione offeruntur, piis operibus applicantur. Omnis tamen suspicio avaritiæ, & mercimoniū auferenda est.

§. VII.

De dispensatione subreptitiæ, obreptitiæ, & per metum extorta.

I. Familiaris est distinctio dispensationis subreptitiæ, & obreptitiæ. Ea dispensatio dicitur subreptitiæ, in qua postulator reticet ea que exprimenda in petitione iuxta iura, & consuetudinem. Obreptitiæ tum est, quando in petitione falsitas exponitur. Dispensatio, siue subreptitiæ, siue obreptitiæ, nulla est. Sequitur ad dispensationis valorem consensus requisitur superioris. Quoties reticetur veritas, aut exponitur falsitas, deest dispensatoris consensus. Ergo dispensatio nulla est. In qua-

libet enim dispensatione hæc includitur conditio, *si res ita sit.* Et hoc patet ex *cap. de fid. instr.* ubi Innocentius III. inquit *si tales per suppressionem veritatis, aut falsitatis expositionem litteras nostras etiam certas conscribit impertrasse, careere volumus impertratis, & eis non obstantibus, ad voti executionem compelli.*

II. Communia hæc, & obvia. At cuius veritatis reticentia, aut falsitatis expositio reddat dispensationem invalidam, definitur vix, ac ne vix quidem potest. Quæ communiora sunt, indicabo. Si quidquam reticetur, etiam sine dolo, & culpa, eorum que secundum iura, & filium Conciliaria declaranda sunt, ex *cap. 11. de filiis Presbyter.* dispensatio nulla est. Igitur si quidquam aut reticetur veritas, aut exponatur falsitas, quod pertinet ad officium finale, quæ videlicet mover, & iudicium Papæ, vel Principem ad dispensandum, dispensatio nulla est. Quam regulam omnes admittunt. Si autem taceatur veritas, aut exprimitur falsitas, que licet non iudicet, impellit tamen Principem ad dispensandum, aliquid negant invalidam esse dispensationem. Sed celeberrimus Fagnanus *cap. Super litteris, n. 67.* cum communiori Canonistarum consensu, etiam tum eam invalidam asserit; nisi subreptio ortus ex inculpata ignorantia.

III. Quænam sint veritates que non debent reticeri, aut falsitates que non debent exponi secundum iura, & consuetudinem Canonum, dicitur in tractatu de matrimonio. Interim hæc est regula generalis. Quando reticetur aliqua veritas, aut producitur aliqua falsitas, qua sapientum, prudentumque iudicio calus expositus vitatur, invalida est dispensatio; etiam si Pontifex dispensaturus fuisset, facti veritate narrata: quia ad dispensationem necessarius est consensus prærens voluntatis, nec sufficit futurus. Porro quando calus revera vitatur, diversus est a calu vero. Ergo consensus prærens Pontificis non est in calum verum, sed in fallum. Quoties igitur calus moraliter diversus est per reticentiam veritatis, aut expositionem falsitatis; tum dispensatio nulla est. Heinc colliges, falsam esse illorum regulam qui dicunt, veritatis reticentiam, aut falsitatis narrationem non vitare dispensationem, quando Pontifex dispensationem perinde concessisset, veritate narrata, & falsitate omiffa. Quoniam consensus futurus, & conditionatus hæud sufficit ad dispensationis valorem, ut diximus; sed prærens requiritur.

IV. Dispensatio per metum extorta absolute valida est: quia metus non tollit simpliciter voluntarium, & libertatem; sed dimit-

tat

tat secundum quid, ac communitur dicitur. Ceterum, si dispensator absolute non præbetur consentium, licet veritas illum exterius prodere, nulla dispensatio foret. Porro an dispensator habuerit, quando metu coactus dispensationem concessit, præsumendum est, illum libavisse, quando verba consentium producit: quia nemo præsumitur alium in verbis, alium in animo sensum habere, nisi id ex circumstantiis constet. Si metus iniuste incussus sit, peccavit postulator metum incurtiens; at, supposita vera, & legitima dispensationis causa, uti concessa dispensatione poterit: quia, supposito consensu dispensatoris, dispensatio valida est, & sublati peccato metus iniuste incussus etiam licita. Quod sit valida, constat ex dictis; quia iura excipiunt tantum matrimonium, & officia valida sunt; nicanone: quæ duo metu facta nulla sunt; ceteri autem contractus, & officia valida sunt; quia exceptio frangat regulam in contrarium. Quod sit etiam licita, præcio peccato metus iniuste incussus, constat ex legitima causa, quam supponimus exire pro dispensationis concessione. Si vero metus iuste incussus sit, valida, & licita est dispensatio tum in partitione, tum in usu. Potest autem superior dispensationem ex gravi metu iniuste sibi inculto revocare in penam delicti; & conveniens est ut eadem revocet. Immo vix contulerem subditio ut dispensatione uteretur metu iniuste inculto extorta. Quandoquidem, licet verum sit metum absolute non auferre libertatem, tamen suspicandæ ratio subest, habuerit nam superior hunc liberum consentium. Et cum de valore actus agatur, consilius erit confirmationem dispensationis concessæ postulare.

§. VIII.

Quibus de causis obtenta dispensatio cesset.

I. *Quest. I. Causante causa finali ob quam concessa dispensatio est, cessat ne dispensatio?* Resp. Duo, ut certa, præmittenda sunt. Si dispensatio sortita sit iustum, & totum suum effectum, revocari hæud potest. Dispensatus quis est ad inendum matrimonium, ad suscipiendos ordines sacros; post contractam matrimonium, post susceptos ordines revocari dispensatio nequit. Si effectus dividus sit, & annus sortita, secus alterum dispensatio fuerit; respectu huius, non illius revocationi obnoxia dispensatio est. Quibus positæ, dicendum primo est, dispensationem nullam esse, si causa finalis, seu inducens & mot-

Cont. Theol. Tom. VI.

vens non constiterit tempore quo a Papa, vel eius Penitentiarum dispensatio impertitur. Quia, nulla existente causa, superiores concedere dispensationes nolunt, nec possunt. Idem dicendum, dum eiuusmodi causa cessat, antequam delegatus a Papa commisionem dispensandi executionis fuerit. Porro hæc causa finalis, nisi fit individua cessare vel in toto potest, vel in parte. Si cesset tantum in parte, consistit dispensatio. Difficultas itaque tota in hoc vertitur, num, cessante omnino causa finali principali, & inducente (de minus principali nec dispensator) post obtentam dispensationem, antequam executioni demandetur, eadem peritatur, valeatque dispensatus ille licite uti. Duplex est sententia Salmanticenses *tract. xi. cap. xv. punct. 8. num. 88.* utramque de more probabilem asserunt, ipsi que negantem amplectuntur: quia inquit, lemæblata per dispensationem lege, hæc non revivificat, nisi per novum actum legislatoris. Legislator ten superior, qui dispensationem concessit, legem non renovat. Ergo consistit, & durat dispensatio. Contra lex cessat, cessante causa finali in totum: quia ad legis cessationem non requiritur novus legislatoris actus, quemadmodum necessarius est ad renovandam legem per dispensationem ablatam. Pro hac opinione laudant *Caspiopalaum, Perex, Salaz, Suarez.*

II. Oppositæ opinio nihil probabilior est, immo unice vera, præcipue si dispensatio extimat ab observatione alicuius præcepti, pura audiendi Sacri, ieiunandi, recitandi divinum officium &c. Quis Christianorum sincerus fuit falsus amator & studiosus, a dictis præceptis servandis ablinebit, propterea quod ex iusta causa dispensatus fuit, si hæc causa omnino evanuit? Adeo mihi comperæ hæc veritas est, ut eam efficacius probare nequeam quam ad intimum communiensque sensum Christianorum eam appellando. Laboras incommodo quoque duraturum per totam Quadragesimam bona fide exitimas: ideo pro tota Quadragesima impetras dispensationem a ieiuniis, ab audiendo Sacro, & recitando divino officio.

Obtenta dispensatione, post unam aut alteram hebdomadam convalescis, sanus evadis. Hoc in casu liber eris ieiunio, ab officio recitandi, ab audiendo Sacro, &c. Communi Christianorum sensu hoc ego repugnare existimo.

III. Contrariæ opinionis argumentatio iustificata est, & cavillatoria: Dispensatio non tollit legem, ita ut dispensator renovare legem habeat (inane est commentum istud) sed eximit ab observatione legis, causa exemptionis supposita, & durante. Dum hæc evane-

T 3 scit;

scit, lex suum effectum habet, obligatque, quin opus sit novo actu legem instaurari, cum nunquam ablata lex fuerit.

IV. Ut nimis laxam, & communi sensui repugnantem reitimus sequentem opinionem Salmanticensium loc. cit. num. 91. *Si detur infirmitas que moraliter indicabatur perpetuo dicitur, & obtinet a Pontifice dispensationem concedendi carnes, non recitandi officium divinum, non ieiunandi, etiam si postmodum saltem PERFECTAM acquirat, poterit uti tali dispensatione, donec a Pontifice revocetur. Idem dicitur si pro hoc anno, pro hoc Quadragesima obtinet dispensationem a spectare non ieiunandi, vel abstinenti a carnibus, quia infirmitas pro tota illa censuratur; etiam si per accidens cesset, poterit uti tali dispensatione. Ita Auctores citati, qui licet non omnes ita in particulari loquantur, mens tamen illorum est quam diximus.*

V. Non multis opus est ut tantam laxitatem recessum. Seipsum enim communi sensui horrore ingerit. Etiam si perfectam sentiant recuperes, poterit concedere carnes, non audire Sacrum, non ieiunare, non recitare horas canonicas? Cur hoc? Quia infirmitas per accidens cessat? Etiam hic locum hac distinctio per accidens, & per se habet? Ut alias dixi, & dicam saepius, Salmanticensis Theologos pluribus nominibus magni facti, a non propterea, si quid equo laxius doceant, cum lectorum detrimentum praeterire illud debeo. Quin quo fide maioris auctoritatis, eo diligentius admonendi lectores sunt, ne facilius le in errorem pertrahant.

VI. Quæst. II. *Cessat ne dispensatio ob mortem dispensatoris?* Resp. Si dispensatio absolute concessa sit, duretque dispensationis causa, non cessat ob mortem concedentis; quoniam dispensatio donationi comparatur, quæ facta, & acceptata durat etiam post mortem donatoris. Obtinuit dispensationem non integra Quadragesima, uti eadem valet, etiam si in media Quadragesima dispensator mortuus fuerit. Contra, si conditioni obligata dispensatio fuerit, cessat morte dispensatoris, ut si eisdemodi clausula circumscripta sit, *donec nobis placuerit, ad arbitrium nostrum* &c. Quid si, antequam dispensator decedat, incertus iudicium fuerit? Poterit incertum iudicium persequi. Facientem obtinuit audiendi confessiones Titii, absolventi a censuris Sempronium, incepta ante mortem dispensatoris iudicia perferre valet.

VII. Quæst. III. *Potesit ne dispensator suam revocare dispensationem?* Respondeo. Si dispensator dispensationem abique legitima cau-

sa impertit, non modo revocare illam valet, sed tenetur, etiam in opinione eorum qui validam talem dispensationem esse propugnant. Dispensationem vero ob iustam causam concessam, atque adeo validam, & licitam, semper revocare dispensator potest ob novam concurrentem causam. Abique causa vero indubet, nec licite potest. Quia sicuti peccator dispensator, si abique causa dispensationem concederet; ita peccaret, si pro libro eandem revocaret, quia nihil pro arbitrio agere licitum est, sed rationabilis causa dirigere actionem quamlibet debet. Revocatio tamen, etiam arbitraria, valida est: nec uti quis dispensatione revocata potest.

VIII. Inferior nequit dispensationem a superiore concessam revocare: contra, superior valet dispensationem concessam a subdito inferiori revocare, si dispensatio fit in legibus latis ob ipso superiore, si in legibus eiusdem inferioris. Quare Pontifex summus revocare dispensationes impertitas ab Episcopis in legibus siue pontificis, siue episcopalis, & diœcesanis, valet. Ut tamen licita revocatio sit, ex rationabili causa esse debet. De valore enim non disputatur; cum semper valida sit revocatio facta a legitimo superiore. Quando tamen inferior dispensat in lege superioris ex iusta causa, datam dispensationem illam revocare non posse, docent Salmantenses loc. cit. n. 99. & laudant Sanchez, Bonacium, Salas, Martines: quia sicut inferior valet sine iusta causa dispensare in legibus superioris neque, ita revocare iustam dispensationem sine causa non potest. Hac opinio absolute mihi non arridet. Nam inferior in legibus superioris denegare dispensationem potest, etiam si iusta occurat causa dispensandi, dummodo necessitas manifesta non urgeat. Quin ergo & datam dispensationem revocare valide poterit, etiam abique peculiari causa? Dispensatio omnis vulgari iuris est. Ecurr non poterit dispensator auter hoc legis vulnus? Hoc sola vulnus ablatum iusta esse causa revocationis potest. Quod tamen limitandum dico, nisi ex revocatione scandalum, aut damnum sequatur. Quoniam tum dispensatio foret necessaria; & ideo revocatio nulla tum dici potest.

IX. Quæst. IV. *Quando non cessat dispensatio per renuntiationem?* Resp. Quando renuntiatio est sine damno tertii, & ante lectum effectum facta a dispensato, tollit dispensationem: quia quisque renuntiare proprio favori valet. Dispensationem vero non infringit renuntiatio quæ fit in damnum tertii. Desol-

raliti

rastrifuganeam, obtinet dispensationem condungendi eam in matrimonio. Dispensationi huic renuntiare nequit, quod talis renuntiatio esset in preiudicium tertii. Renuntiatio quoque nulla est, superiore legitimo ulum dispensationis precipiente.

X. Ut itaque renuntiatio valida sit, duo requiruntur, voluntas dispensati, & voluntas dispensatoris. Uiquidem enim dispensator non acceptat renuntiationem, dispensatio non intelligitur abrogata. Duobus modis dispensatus renuntiare dispensationi valet, expresse, & tacite: illa verbitis, hæc signis peragi valet. Completa renuntiatio, nullus amplius dispensationis usus. Disputant Theologi, quando colligendum sit, dispensatum tacite renuntiasse dispensationi. Aliqui contendunt, non ulum decennale fat esse ad inferendum, dispensatum renuntiare dispensationi, quando, oblata occasione eadem utendi, nunquam ulum eadem ille fit. Sed merito alii hæc impugnant opinionem; quia omisso utendi dispensatione nullo modo pugnat cum voluntate eandem retinendi. Omisso enim ulum cum sola ulum positione pugnat. Sola ergo taciturnitas, aut omisso utendi dispensatione signum sufficiens non est dispensationem eidem renuntiasse. Sed alie circumstantie requiruntur, ex quibus solis colligi poterit quod dispensatus cedere iuri & favori suo velit.

XI. Et hæc de dispensatione dicta sufficiant: quoniam plura in aliis tractatibus dicta sunt; & plura, quando de sacramento matrimonii moribus erit, distulimus. Fulse quoque disputavimus de dispensatione votorum, ab omnium vulgareque opinionem illam quam docet, Regulares privilegio potiri dispensandi ab obligatione votorum, reitimus.

CAPUT VI.

De lege non scripta, seu de consuetudine.

NIL frequentius hominibus est quam abusus, & corruptelas consuetudinis larva obere. Peccata ipsa, cum a multitudine perpetrantur, consuetudinis fuce delinita prodire in publicum non erubescunt, & tantum non legis vim sibi usurpant. Torquentem rapidum, secum omnia abripientem, visuosum morem, five iniquam consuetudinem Patres appellant. Pariter omnes in hoc consuetudinis simulacrum inveniunt. Salomon ipse ad verberas pravas consuetudines clamavit, iniqui quibus Sap. v. *Interveniens tempore, consuetudo iniqua consuetudine, hic eras tamquam lex custodius est.* S. Augustinus Lib. de fid. sp.

& car. cap. iv. acriter contra iniquam consuetudinem prælium invehit. *Fragra quidam, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis obiciunt, quasi consuetudo maior sit veritate. In Evangelio Dominus ait: Ego sum veritas: Non dixit, Ego sum consuetudo. Itaque cedat consuetudo veritati. Consenserunt ista peccatis, & cepit licitum esse quod publicum est: clamat Cyprianus. Nobis in presentia, non de prava, sed de iusta consuetudine sermo habendus est. Et quia saepe prava cum iustis, adultera cum ipsa, fuerat cum genua consuetudine confunditur; ideo indolem, & prerogativas vere consuetudinis sequentibus paragraphis explicabimus.*

§. I.

Quid, & quomodo sit consuetudo.

I. **C**ommunis consuetudinis finitio ea est quam tradit S. Hieronymus Lib. 2. cap. 114. *etymolog. videlicet: Est usus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, ubi deficit lex. Dupliciter accipi consuetudo solet, pro iure nempe, & pro facto. Consuetudo facti non aliud est quam actuum repetitio, & usus, seu mos; etique veluti materia ipsius consuetudinis iuris. Ex repetitione enim actuum humanorum proficitur consuetudo iuris, quæ vim legis obinet. Et hic est significatus prioris partis datæ definitionis: *ius quoddam moribus institutum.* Ius illud non voce, non sermone, sed moribus, seu actuum repetita frequentia paritur. Clarior est, & opportunior hæc altera definitio. *Consuetudo est usus rationabilis, legitimo tempore prescriptum, moribus perfecte communitatis volentis se obligare.* Principis consensu indutum. Rationalis sit oportet consuetudo, non secus ab ille: quia utraque bonum communitatis publicum spectare debet. Quare nulla consuetudo vim legis assequi valet quæ sit contra bonum commune societatis. Tempus congruum necessarium est, quod decenni intervallo concludi solet. Sed de hoc infra. Non cuiusque societatis, sed perfectæ dumtaxat mores consuetudinem inducunt. Societatem autem perfectam, non domum, non conventus, non collegium, led civitas, provincia, regnum conligunt. Requiritur præterea quod moribus communitatis volentis se obligare, inducatur. Nec satis ad consuetudinem inveniendam est actuum frequentia aut ex liberalitate, aut ex devotione; sed ex intentione se obligandi induci debet. Animadvertit tamen Dominicus Soto Lib. 1. de iustit. & iur. quæst. 112. art. 4. in ter.*

terdum contingere quod consuetudinis initium, ex devotione ineceptum, continuari ex obligatione possit. Quando vero id contingat, ex circumstantiis colligi debet.

II. Consuetudo descripta convenit, & differt a sileo, & prescriptione. Cum sileo convenit: quia & sileo consuetudo quaedam est, sed limitata ad iura iudicia. Heinc Romane Curie silem facere legem isti docent, quatenus ex usu & more quo Romae decidunt lites, resolvuntur quaestiones propositae, expanduntur bullae, rescripta, ceteraque diplomata, consurgit consuetudo, quae servatur in iudiciis, & ratum diplomatum expeditione solet. Differt autem ab hoc sileo absoluta consuetudo, quae omnes actiones comprehendit, & ad omnes se extendit materias quae cadere in bonum communis possunt. Convenientia consuetudinis cum prescriptione in hoc ita est, quod etiam prescriptio requirit aliquod tempus, & quidem non interruptum; non voce, vel scripto, sed facta, ex quo ortus ius, inducitur. Differt autem a prescriptione consuetudo, quod haec communitatem respicit, illa etiam in singulari persona reperitur. Consuetudo vim legis, prescriptio dominium parit. Haec bonam fidem postulat, illa etiam ad actus malis repeteret orsa sua potest. Consuetudo tacitum, aut expressum consensum supremam potestatis postulat, sicut prescriptio.

III. Consuetudo triplex. Alia contra legem, quae novam legem non inducit, sed abrogat veterem. Alia est secundum legem. Quae non tam consuetudo, quam observantia seu interpretis legis est: & lege abrogata, cessat quoque consuetudo. Tertia tandem consuetudo est praeter legem: haec ex frequentia procedit actum in materia de qua lex scripta nihil decernit. Haec solum vim legis, seu novum ius inducit, quando ceterae conditiones adfuerint.

IV. Rursus dividi in rationabilem, & in irrationabilem consuetudo solet. Haec tamen divisio impropria est: quia consuetudo irrationabilis putanda est corruptela. Ulterius dividitur ratione materiae in ecclesiasticam, & civilem. Illa adhibet ad finem spirituales, haec actionibus ad finem politicum ordinatis invenitur.

§. I. I.

Quam consuetudinem invehere possint: & quae conditiones ad veram consuetudinem requirantur.

I. Consuetudinem abrogantem legem introducere illi soli valent qui legem errare tenentur. Lex quippe abrogatur per

actus contrarios. Porro dumtaxat qui legis observationi subiecti sunt, actus legi contrarios edere queunt. Sola tamen persona privata, etiam si Princeps sit, nequit consuetudinem inducere: quia quemadmodum lex, ita & consuetudo communitatem spectat: immo nec communitas imperfecta, ut familia, collegium &c. sed solum communitates perfectae, ut civitates, provinciae, regna consuetudinem inducere possunt, ut iam dixi.

Quamvis civitates, provinciae, & regna, quae a suprema potestate diriguntur, nequeant leges condere, possunt tamen consuetudinem inducere. Sufficit ad inveniendam consuetudinem communis perfecta capax ut legibus dirigatur: quia tum ex Principis tacito consensu consuetudinem, quae vim legis habet, introducit. Necessarium tamen est ut maior communitatis pars in actuam frequentiam, vel in eorum omissionem currat, ut consuetudo introducatur. Pueri, amantes nec legibus dirigi, nec consuetudinem inducere valent. Hominum ceteros nequit inducere consuetudinem abrogantem leges feminasque, nec e contrario. Sicut nec homines laici leges Ecclesiarum, nec Ecclesiastici laicorum leges possunt aliqua consuetudine abrogare, aut consuetudinem vim legis habentem inducere. Ceteris mercatorum, sicut peculiaribus legibus diriguntur, sic invehere consuetudines queunt. Denique quilibet communitas quae suas particulares leges habet, potest consuetudinem sive abrogantem, sive vim legis obtinere inducere.

II. Quaestio. I. Quae sunt conditiones ad veram consuetudinem necessariam? Resp. Quinque pro vera consuetudine requiruntur conditiones. I. quod sit rationabilis. II. quod sit ex publica frequentatione actuum liberorum. III. quod congruo temporis intervallo duret. IV. quod interveniat Principis consensus. V. quod ex animo obligandi inducatur.

III. Ea est rationabilis consuetudo quae bono communi congrua, & utilis est. Sicut indifferens, bonoque communi inutilis, aut contraria; vim consuetudinis obtinere nequit ob rationem iam datam, quod consuetudo naturam legis inducit, quae semper est propter bonum commune. Heinc contra legem, sive divina, sive naturalem, nulla prevaleat consuetudo potest, quia actus contrarii illi legibus intrinsicis vitiosi sunt: ideoque nunquam rationi conformes. Ita docet S. Thomas, cui omnes Theologi subseribunt. 2. 2. qu. xlviii. art. 3. ad 1. *Lex naturalis, & divina praecedit a voluntate divina, ut dictum est: unde non potest mutari per consuetudinem procedentem a voluntate hominis; sed solum per auctoritatem a divi-*

divinam mutari potest: & inde est quod nulla consuetudo vim legis obtinere potest contra legem divinam, vel legem naturalem.

IV. Contra legem ergo humanam prevaleat dumtaxat consuetudo potest. Quia licet omnis lex humana, ut iusta sit, rationabilis esse debeat; evenire tamen circumstantiae possunt, vi quarum irrationabiles evadant: & ideo rationabilis sit opposita consuetudo oportet. Mos quippe ipsius populi diu continuata circumstantia est, vi cuius interdum non expedit legem veterem observare. Mirabilis est doctrina quam tradit Angelicus. cit. ad 2. *Possibilis est quandoque praeter legem agere, in casu scilicet in quo deficit lex; & tamen alius non erit malus. Et cum tales casus multiplicentur propter aliquam mutationem hominum, tunc manifestatur per consuetudinem, quod lex ulterius non est utilis: sicut etiam manifestatur, si lex contraria verbo promulgaretur. Si autem alius minus ratio eadem propter quam prima lex utilis erat, non consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit: nisi forte propter hoc solum inutilis lex videatur, quoniam non est possibilis secundum consuetudinem patriae, quae erat una de conditionibus legis. Difficile enim est consuetudinem multitudinis removeri. Igitur quando lex ipsa, licet aliunde bona, & invidiosa multitudinis contrarietatem observat viam possibilis est, ipsa populi contrarietatis circumstantia esse potest ob quam lex sit inutilis, & prevaleat consuetudo opposita debeat. Difficile enim est, inquit Angelicus, multitudinis consuetudinem removeri. Advertendum tamen, quod, si consuetudo sit bono communi societatis adversa, nunquam consuetudo, sed corruptela erit. Haec vero bono communi societatis opposita sunt consuetudines quae laxitates invehunt, subdolis quae solutiores efficiunt, ut infra solius dicatur.*

V. Triplicem consuetudinis statum distinguunt Theologi, incipientis, progressus, & prescriptionis. Quae contra legem consuetudinem introducens, peccant toto tempore quo lex prevaleat. Quare non solum in exordio, sed etiam in progressu illi legem violant. Salmanticenses *tract. xi. cap. vi. punct. 3. §. 1. n. 13.* docent, non peccare eos qui violant legem in progressu consuetudinis: & citant pro hac opinione *Montesinos, Castellanum, Castropalaum, Laymannum, & Soto.* Expandere omnes, non vacat; nec est operae pretium. Unum examini Dominicum Soto *Lib. I. de iust. & iur. qu. vii. art. 2. ad 2.* ubi dumtaxat asserit, abrogata lege per consuetudinem, hac urentes non peccare; quod omnes affirmant. At quaedam lex praevalet, non video qua eximi ratione a peccato possint illi qui legem violant. Quo-

niam si, antequam lex praescribat, secundi resisterent primis, lex vigorem non amitteret.

VI. Quaestio. II. *Quoties tempus requiritur ad introducendam consuetudinem?* Resp. Omnes adfirmant longum tempus requiri ad consuetudinem inducendam. Sed circa eiusdem definitionem non una est omnium sententia. Alii volunt definitam designari quantitatem non posse, sed arbitrio praudentum relinquendam: nam in aliqua materia brevis, in alia longius tempus necessarium est. Ut consuetudo introducatur contra ea quae singulari diebus, aut hebdomadibus occurrunt, brevis tempus exigatur: qualem ut consuetudo invehatur adversus ea quae levi in anno contingunt. Alii decennio tempus istud comprehendi statuunt: quoniam, inquit, iura longum tempus postulant ad introducendam consuetudinem. Sed decennium longum tempus reputatur. Igitur istud intervallum sufficit.

VII. Alii distinguunt legem civilem a canonica. Pro consuetudine contra illam decem, contra hanc quadraginta annos postulant. *Castropalaum, Lessius, Azorius,* & alii pro utraque decennio in sufficere defendunt. Nihil certi definitum mihi occurrit. Sed circumstantiae praestanda sunt, potissimum quae sit & natura legis abrogandae, & in dolo consuetudinis invehendae, & communis praudentum consensus.

VIII. Salmanticenses *loc. cit. §. 2. num. 18.* docent, sufficere consuetudinem eximi Doctoris assentientis, tempus ad consuetudinem requisitum praeterisse, ut per eam lex abrogata censatur; etiam si plures illi oppositum sentiant. Germen hoc est iniquitatis radices probabiliorae. Declinare sibi blandiuntur Editores posteriores qui illorum Auctorum opera recedunt, damnata ab Alexandro VII. opinionem 27. quia in prescripta latentia dicitur: *Si liber sit aliquid iustitiae & modernis, debet opinioni censorii probabilis, dum non eorum relictam a Sede apostolica tanquam improbabilem.* Ut vides, aluta est laeina haec ad honestandam doctrinam procedentem: quia subdunt: Diximus unius eximi & praecellentes Doctoris dictum reddere opinionem probabilem. Opinio damnata haec auctoritatem consuetudinis opinionem probabilem adscribetur Doctori non eximio, non praecellenti, sed iuniori & moderno. An non Doctores eximi & praecellentes iuniores & moderni? Quis legitimus iudex, nam ille Scriptor eximius sit, an non eximius? Quae facilitate dicitur, sufficere unum Doctorem ad efficiendam opinionem probabilem; eadem quoque definitur, hunc iuniorum Doctorem eximium, praecellentem, illuminatum, emeritumque Praesentatum. Obiter, data occasione, dico his

voctis non esse apostolica decreta deludenda. Auctoritas unius contra plures nulla est iuxta communem sensum; nisi ratio illius unius prevaleat rationibus a pluribus allegatis. Sed hac praeferentia, oportune tamen ad profligandam laxitatem.

IX. Tempus consuetudini invehendae idoneum, continuatum moraliter sit necessarium est. Nulla vis hoc difficultas. Hoc ipsum in praescriptione necessarium est. Quae si intra temporis intervallum communis, aut maior pars communitatis agat contra inveciam consuetudinem, aut si Princeps resistat, interruptum tempus est, & elapsum amplius non computatur.

X. Quae III. *Quinam actus, & quae eorumdem frequentia requirunt ad veram consuetudinem?* Resp. Communis sententia est quod actus illi debeant esse liberi, publici, & frequentes. De frequentia actuum non una est opinio. *Diana, Lessius, Martines, Reginaldus* docent sufficere duos aut tres actus ad inducendam consuetudinem; quia, inquit, quod bis aut ter fit, frequenter fieri dicitur. Hae opinio communiter rejicitur: quia consuetudo longo tempore introducit. Bis vel ter in longo tempore frequentiam non praefert. Quot porro actus necessarii sint ad hanc frequentiam, nemo definire praesae valet. Prudentum arbitrio id relinquendum esse, res ipsa declarat. Nam in una materia plures requiruntur, in alia pauciores sufficientes actus qui patefacere debent firmam, & universalem populi consensum.

XI. Altera conditio actuum est, quod sint liberi, seu humano modo exerciti; quemadmodum enim lex a ratione, ita & consuetudo proficisci debet. Quare si populus metu coactus quidquam agat, non praesumitur vel consuetudinem inducere. Heinc sequitur ignorantiam quoque impedire ne consuetudo introducat, quia ignorantia avertit libertatem. Igitur quando populus ignorans aliquam legem reapse extantem, actus frequentat contra eandem, consuetudinem non inducit, quia praesati actus non sunt liberi, & humani ex defectu cognitionis. Similiter quando ex causa falso iudicata inducitur aliqua consuetudo, causa cognita, consuetudo evanescit.

XII. Tertia conditio est, ut in actus frequentes, & liberi, fit publici, & notorii: quandoquidem actus occulti non possunt dici facti ex communi societatis, & Principis consensu. Praeterea sicut ad legem scriptam necessaria est publica promulgatio, ita ad legem non scriptam necessaria est hac promulgatio quae non voce, sed publica factorum frequentia peragitur.

XIII. Disputant Auctores, num hac publica noticia iuris esse debeat, an facti. Aliqui contendunt, necessariam esse iudicium manifestationem, quae videlicet in iudicio publice prolata fit. Sed probabilior sententia est quae defendit, sat esse publicam manifestationem facti. Consuetudo enim vim suam obinet a populi, & Principis consensu. Quando factum ipsum notum est populo, & Principi superius notum est in eadem consensibile sententiam, superius probatio iudiciali in tribunali, qua tum necessaria ad luminem foret, quando veritas facti in discrimen adduceretur; at cum de facti veritate nulla laboratio dubitatio, non est cur noticia iudiciali exigatur.

XIV. Quarta conditio consuetudinis est, ut populus animo se obligandi eandem inducat, eaque tali animo toto tempore necessario pro consuetudine continuet. Si enim initium pro animo sese obligandi fuerit, progressus vero ex sola devotione fiat; consuetudo vim legis non obinet. Plures sunt consuetudines, sola devotione parata; & sicut; ut alperio aquae benedictae in ingressu Ecclesiae, salutaris angelica ad B. Virginem facta sero & mane, dum campana sonat; cinerum alperio sero. Quadragesima; acceptio ranorum dominica Palmarum; plures vigiliae in Sanctorum honorem. Intentio hae obligationis imponenda aut levis, aut mitior esse valet. Nam potest aut sub levi, aut sub gravi culpa, aut sub poena tantum omni culpa excludi, aut sub poena tantum veniali introduci.

XV. At undem colligi potest, communitatem aliquam animum habuisse sese obligandi ex praescepto, aut solum ex devotione, liberalitate, & urbanitate in consuetudine intracta? Hae solent assignari iudicia. I. Quando populus in materia suapte natura gravi uniformi observentia talem consuetudinem servavit. II. Si superiores eiusmodi consuetudinis violatores severe reprehendant, & puniant. III. Si viri prudentes, optimeque morati culpas damnarent consuetudinis transgressores. Quando hae tria simul concurrant, nisi consuetudinetatem se noluisse sub culpa obviare, colligendum videtur sub obligatione inveciam fuisse consuetudinem. Regula tamen consuetudinis universalis nequit. Actus enim quibus consuetudo invehitur, indifferentes cum sint, & liberi, nonnisi ex personarum, temporum, materiarum diversitate, alique circumstantiis definiti hae obligatio potest. Genus quoque societatis spectandum est. Nam si societas communiter refugiat obligationem inducere sub culpa; regulae hinc erui potest pro consuetudine interpretanda, ne sub culpa obliget.

XVI.

XVI. Ultima ad consuetudinem necessaria conditio est consensus supreme potestatis. Qui consensus aut tacitus, aut expressus esse potest. Luber hinc transferre doctrinam S. Thome 1. 2. q. xxvii. art. 3. ad 2. *Si enim sit libera multitudo quae possit sibi legem facere, plus est consensus totius multitudinis ad aliquid observandum, quod consuetudo manifestat, quam auctoritas Principis, qui non habet potestatem condendi legem, nisi in quantum gerit personam multitudinis. Unde licet singulae persona non possint condere legem, tamen totus populus condere legem potest. Si vero multitudo non habeat liberam potestatem condendi sibi legem, vel legem a superiori potestate positam removendi; tamen ipsa consuetudo in tali multitudine praevaleat obinet vim legis, in quantum per eos toleratur ad quos pertinet multitudinis legem imponere; ex hoc enim ipso videtur approbare quod consuetudo introducit.*

XVII. Porro, ne corruptelae sub larva consuetudinum insidiosis occurrant, advertendum est, tum patientiam, & tolerantiam Principum, & superiorum esse argumentum, & signum taciti consensus, quando Principes, & superiores sunt vigiles, & expectati in extirpandis corruptelis, quando zelo Dei, & studio servandarum legum succensiti sunt, & quando nullum grave obest impedimentum aut vitandi maioris mali, aut declinandae rebellionis. Quare admitto, tacitum consensum factis esse ad consuetudinem invehendam, & aliarum actionum valorem; sed nego, semper tolerantiam, & patientiam superiorem signum esse validum taciti consensus, ut factus supra explicuit. Ex pluribus enim principis profecti hae patientia, tolerantia, & taciturnitas valet.

XVIII. Pares docent, necessarium minime esse ut Princeps habeat notitiam praesalam consuetudinis invehendae; sed sat esse illam habere notitiam generalem, generaliter praesere consensum. Quam doctrinam absolute non improbo; dummodo consuetudo rationalis sit, bonoque communi consentanea. Quando tamen consuetudo introducenda derogat iuribus Principis, tum non videtur introduci consuetudinem posse abique notitia eiusdem Principis. Quia non est praesalendum consensus Principis in consuetudinem quam ille ignorat. Si enim consuetudo fugit Principis notitiam, prohibere eam ille nequit. Quare plures Ecclesiarum consuetudines Concilium Tridentinum declaravit esse corruptelas. Et tunc quod Pontificis consensu consuetudines quae sunt adversus iura pontificia, non videtur ra-

tionis consentaneae. Ceterum hac omnia ex variis circumstantiis definienda sunt. Illud magnopere cavendum, ne sub fuso consuetudinis corruptelae serpat. Hinc pertinent consilia nostra in hac impedita materia.

CAPUT VII.

De triplici consuetudinis effectu. & de modis quibus consuetudo cessat.

I. Tres iuxta communem doctrinam sunt consuetudinis, vim legis habentis, effectus. Primus obligatio in conscientia. Alter abrogatio legis veteris. Tertius interpretatio legis.

II. Et ad primum quod attinet, consuetudo, vim legis obtinens, legis condiciones induit quantum ad obligationis effectum. Quare sicut lex, ita potest consuetudo obligare licet sub culpa gravi, vel levi; quod ex animo & intentione illam introducentium pendum. Ideo obligat tantum populum illum a quo introducitur; sed, secus alterum. Quando consuetudo iudicialitatem sumat laicis, tum a Clero invehitur in rebus sacris, ut in observatione festorum, ieiuniorum, precum, omnes obligat: quia tum unicus populus christianus est sub uno capite consentiente. Si vero consuetudines istae sacra introducantur aut a solis laicis, aut a solis Clericis, aut a solis Regularibus; tum obligatio unius societatis non extenditur ad alteram. Quilibet ex his societatis peculiaribus legibus dirigitur: idcirco quilibet fas invehere consuetudines valet, quoniam consuetudo unius extenditur ad alteram: quemadmodum consuetudines unius civitatis, provinciae, aut regni non dilatantur ad alteram civitatem, provinciam, vel regnum. Communia haec sunt.

III. Secundus effectus consuetudinis est antiquae legis abrogatio. Lex enim humana a voluntate hominum pendet; ergo quae voluntate invecia est, eadem abrogari potest, aut detur. Quae si non scripta, nempae consuetudine. Abrogare autem potest legem aut quantum ad penam, & non quantum ad culpam, vel quantum ad utramque; etiam si lex irritans contractus, seu actus.

IV. Disputant Auctores, num, quando legislator vetat consuetudines contrarias legi suae, sint eiusmodi consuetudines validae? Duplicem distinguunt prohibitionem. Prima prohibendi clausula indifferens est ad praeteritam, vel futuram consuetudinem; qualis est ista, *Non obstante quacumque consuetudine*. Secunda expresse futuram consuetudinem vetat; cu-

-iud-

iusmodi hæc est, *Nulla deinceps consuetudo introduci possit.* Prima clausula tantum improbat consuetudinem iam inuestam. De secunda disputant: & *Salmanticenses* probabilius defendunt, valere consuetudinem futuram, non obstante expressa illa clausula prohibente: quia, inquit *loc. cit. §. 2. num. 43.* talis clausula est legis humana; sed qualibet lex humana abrogari per consuetudinem contrariam potest: ergo & clausula præfata, non secus ac altera lex humana, abrogari valet. Laudant pro hac opinione *Dianam, Bonacinam, Tapiam, Martinez, Suarez,* & alios.

V. Non repugno, possibile esse consuetudinem etiam contra præfatum clausulam: quia legislator potest reipã mutare suam voluntatem. At utquodum non constet legislatorem expresse hanc mutasse voluntatem, nulla opposita inveni consuetudo valet. Nec sola taciturnitas fat est: ut dicatur Principem tacite consentire: cum per præfatum clausulam expresse repugnet. Nec est quod opponas, etiam per legem expresse Principem contradicere: & tamen contra hanc legem introduci consuetudinem posse. Siquidem contra legem introduci consuetudo potest, quia natura sua lex humana vere consuetudini contrarie subiecta est. At quando legislator expresse prohibet oppositæ consuetudinis introductionem, tum inveni consuetudo nequit: quia, persistente prohibitione, consensus Principis deest, immo expresse contrarius est. Legitur, ut contra dictam clausulam introduci consuetudo possit, necessaria foret expressa voluntas Principis, tali clausula derogantis. Et contraria opinio corruptelis inveniendi faveat, ut ego quidem arbitror. Quando enim legislator præfatum clausulam adicit, signum manifestum est & legem summopere necessariam esse, & contrariam consuetudinem esse perniciolosam corruptelam.

VI. Tertius effectus consuetudinis est legis interpretatio. Si tamen lex clara sit & perspicua, consuetudo est obervantia, & executio legis. Obscurum ergo, & dubium sensum præferentem legem interpretatur consuetudo. Obscuro enim lex esse potest aut circa materiam, aut circa eius extensionem, aut circa eiusdem obligationem levem, vel gravem. Porro interpretatio hæc duplex est, *authenticæ, & doctrinalis.* Ut interpretatio authentica dicatur, eas habeat condiciones oportet quæ pro vera consuetudine, vim legis obtinente, necessaræ sunt. Consuetudo quæ doctrinalem appellatur, coniecturatur, plurium Doctôrum auctoritate firmata, & nondum præscri-

pta. Hæc prævalere legi nequit, usquodum tempus elapsum sit pro vera consuetudine necessarium, & aliis conditionibus extantibus.

VII. Consuetudo isdem modis cessat quibus & lex. Duobus tamen præcipue modis consuetudo abrogatur, nempe per legem expressam, & per consuetudinem oppositam. Tam vero lex consuetudinem abrogat, cum eadem expresse, & manifeste opposita est. Quare lex universalis abrogat utique consuetudinem universalem directe illi oppositam; secus consuetudinem peculiarem, nisi clara eiusdem in lege facta mentio sit. Si tamen adesset clausula generalis, abrogans omnes, & singulas consuetudines oppositas; tum, licet non fieret peculiaris mentio huius aut illius consuetudinis, singule abrogatæ essent. Excipi tamen solet consuetudo immemorabilis, quæ, nisi expresse revocata fuerit, consistit. Quandoquidem, dum Princeps abrogatam vult hanc consuetudinem, exprimere eam solet. Ergo in clausula generali non intelligitur abrogata.

VIII. Consuetudo alia consuetudine abrogatur. At quemadmodum lex non abrogatur nisi consuetudine legitime inuestæ, & præscripta; ita neque consuetudo, vim legis obtinens, infirmari potest, nisi consuetudine contraria præscripta legitime sit, omnibusque necessariis conditionibus ornata. Illud tamen advertendum, quod neque lex, neque consuetudo per solum non usum abrogantur; sed dumtaxat per positivam transgressionem legis, aut consuetudinis. Contingere enim potest, casum legis non accidere: quæ facta positio- ne, violari lex nequit. Quando ergo dicitur, legem desuetudine abrogari, sensus est, legem per repetitas transgressiones eiusdem auferri; secus per non usum negativum, quia casus legis non accidit. Si tamen casus legis accidit, tum per omissiones contrarias lex abrogari valet. Quamobrem, si consuetudo inuestæ sit per actus positivos, puta audiendi sacri, ieiunandi, servandi festa, consuetudo opposita introduci per omissiones oppositas potest. Contra, si antiqua consuetudo omissionibus parta fuerit, nova consuetudo introduci actibus contrariis positivis debet. Hæc communia penes omnes.

IX. Tractandum hic de privilegiis esset; verum argumentum illud, cum non sit pro communi Christianorum directione, formandique moribus necessarium, in aliud tempus dispiciendum remittimus. Nunc enim inquit institit tractatus, omnium utilissimus, quæti exponendum continuo aggredimur.

